FLORA
WIRCEBURGENSIS

SIVE

PLANTARUM IN MAGNO-DUCATU WIRCEBURGENSI INDIGENARUM ENUMERATIO SYSTEMATICA

CUM

EARUM CHARACTERIBUS GENERUM, SPECIERUM DIFFERENTIIS, LOCIS NATALIBUS ET VITAE DURATIONE, BREVIBUSQUE DESCRIPTIONIBUS

IN USUM TIRONUM DILUCIDATA

AUTHORE

FRANC. XAV. HELLER

MED. ET CHIR. DOCT. BOTAN. IN UNIVERS. MAGNO-DUCAL. WIRCEBURGENSI PROF. PUBL. ET ORD. SOCIET. POLYTECHN. WIRCEB. SODAL.

Pars II.

WIRCEBURGI
APUD JOSEPHUM STAHEL.
1811.

Lecta in natali oblectant, memoriam facilitant, habitum et naturam adumbrant.

C. Linnaeus.

PRAEFAMEN.

Alteram patriae Florae partem iis, qui eadem mecum patria dilectissima utuntur, quique salutem ejus et commoda tam ardentibus, quam ipse facere soleo, votis prosequuntur, et pro virium suarum modulo promovere student, tradenti mihi, haud puto id officii incumbere, ut, quae in praefatione primae partis a me dicta sunt, hoc loco repetam, lectorisque jam ceteroquin harum rerum memoris mentem ad eadem capita reducam. Quumque hoc, quidquid est operis, nullo modo rei botanicae cultorum jam perfectorum, sed potius tyronum atque ad perfectionem adhuc adspirantium utilitatibus scriptum sit, id quod nec mentione repetita, nec excusatione indiget, non est sane, ut timeam, ne judex quispi-

 am,

am, modo a partium studio sit remotus, alia, quam hac ipsa visione, tanquam judicii a se ferendi fundamento utatur: neque facile ea, quam in adornando libro meo sequi me debere ex rationibus magnopere ponderatis persuasum mihi fuerat, idea directrice abutatur ad id, ut, quae inde fluxerunt, consectaria et veluti corollaria, in libro meo ubique conspicua, naevorum et sphalmatum nomine insigniat, vel insignes mentis meae aberrationes esse statuat. Potius ejus, ut dixi, generis lectores, qualesque boni omnes et integri qualiumcunque operum vel opellarum authores sibi exoptare debent votis omnibus, id unicum ante reliqua mihi largientur, me non adeo esse rerum omnium imperitum, ut quibus patria mea indigeat adminiculis et quid diversimodae ejusdem relationes exigant, quidve rerum circumstantium indoles et nexus postulet, aeque sciam cum ignorantissimis. Exteri vero et numeris omnibus absoluti rei herbariae cultores doctoresque plantarum apud nos indigenarum enumerationi adquiescent, messem reliquam candidatis et tyronibus, gra-

na

na sint vel paleae, relicturi, neque ea ex causa, quod majori gradui suae perfectionis non respondeat, severo judicio damnaturi.

De caetero quantum delector amicis correctionibus, quam ferventer exopto a peritiore quovis edoceri, quam grata semper et accepta mihi erunt spicilegia, quibus post largam messem adhuc est locus, tanta ex altera parte odio atque contemtu prosequor accusationum injustarum et calumniarum dolo et malitia turgentium genus ignobile, praecipue eas, quas indigenae ipsimet, quibus nescio caussis, certe haud bonis et aequis adducti larga manu spargunt ac disseminant. Quidquid vero sit, id mihi restat solatii, animumque meum mirum in modum demulcet, quod absque omni commodi privati studio, quid ?· quod cum non exiguo variique generis dispendio, et in media negotiorum tam copiosorum quam majorem animi contentionem exigentium turba constitutus, manus operi admoverim, quo tempore alii, qui praecipua quadam Botanices scientia se tinctos esse somniant, indeque nomen aucupantur, dulci otio diffluen-

tes

tes plantas aliquot in horto cultas oculis semisomnolentis subjiciunt, hocque excepto nec exteris nec indigenis operam vel minime frugis plenam et Publico utilem unquam impenderunt.

Haec sunt, quae sentio, sincere declarans, eum, quo ex celeberrimis doctrinae herbariae statoribus et antesignanis nonnulli me ornarunt, adplausum, quemque nec indigenae haud adeo pauci, eundem patriae amorem mecum participantes, et honoris, quo illa mactatur, aeque studiosi mihi non denegant, ducem mihi unicum in perferendis feliciterque superandis, quos futuro tempori reservo, laboribus, simulque dulcissimum eorum levamen fore.

Quod reliquum est, eam Florae partem, quae de plantis cryptogamicis tractat, quamprimum rerum adjuncta sinent, et locupletiores quasdam hisce productis regiones adcuratius, quam quidem hactenus fieri poterat, scrutatus fuero, nec non spicilegium plantarum indigenarum, quae hactenus desunt numero sane haud magno, brevi intervallo prelo traditum iri spondeo. Vale Lector benevole et conatibus meis fave!

CLAS-

Classis XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

257. Ajuga.

Linn. Gen. plant. edit. Schreber. n. 959. *De Necker. element. botan. n.* 508. *Borkhausen. tentam. disp. plant. n.* 478. 479.

Calyx 5-fidus. *Corollae* labium superius brevissimum 2-dentatum, inferius elongatum. *Stamina* labio superiore longiora.

258. Teucrium.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 960. *De Neck. element. bot. n.* 509. *Borkh. tent. n.* 477.

Calyx 5-fidus, basi gibbus. *Corollae* labium superius nullum, ejus loco fissura stamina recipiens, *inferius* elongatum.

259. Satureja.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 961. *De Neck. el. bot. n.* 506. *Borkh. tent. n.* 454.

Cal. 5-dentatus. *Cor.* laciniæ subæquales, *suprema* emarginata. *stamina* distantia sub labio superiore.

260. Hyssopus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 963. *De Neck. el. bot. n.* 491. *Borkh. tent. n.* 453.

Cal. 5-dentatus. *Cor.* labium inferius 3-partitum: *lobo medio* emarginato. *Stamina* recta distantia. *Stylus* furcatus.

261. Verbena.

Linn. Gen. pl. ed. Schr. n. 43. *De Neck. el. bot. n.* 460. *Borkh. tent. n.* 480.

Cal. 5-dentatus: *unico dente* truncato. *Cor.* infundibiliformis, *limbo* plano regulari 5-fido, *tubo* incurvo. *Semina* arillata.

262. Nepeta.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 964. *De Neck. el. bot. n.* 502. *Borkh. tent. n.* 471.

Cal. inæqualiter 5-dentatus. *Cor.* labium superius planiusculum rectum emarginatum, *inferius* laciniis lateralibus reflexis, *media* concava crenata. *Stamina* approximata.

263. Mentha.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 967. *De Neck. el. bot. n.* 507. *Borkh. tent. n.* 449.

Cal. sub-5-fidus. *Cor.* regularis campanulata 4-5 fida: *lacinia latiore* emarginata. *Stamina* erecta, distantia.

264. Glechoma.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 970. *De Neck. el. bot. n.* 505. *Borkh. tent. n.* 457.

Cal.

Cal. subæqualis 5-dentatus. *Cor.* 2-labiata: *labio superiore* longiore, *inferiore* 3-lobo, *lobo medio* emarginato. *Antheræ* per paria in formam crucis conniventes.

265. Lamium.

L. *Gen. pl. ed. Schr. n.* 971. *De Neck. el. b. n.* 483. *Borkh. tent. n.* 460.

Cal. æqualis: *dentibus* 5 aristatis. *Cor.* labium superius integrum fornicatum, *inferius* 3-lobum: *lobo medio* emarginato, *fauce* inflata denticulo utrinque setaceo obsessa.

266. Galeobdolon.

Borkh. tent. n. 462. (Pollich.) *Pers. syn. pl. II. p.* 122.

Cal. 5-fidus inæqualis aristatus. *Cor.* labium superius integerrimum fornicatum, *inferius* 3-fidum: *laciniis* acutis, *faux* edentata.

267. Galeopsis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 972. *De Neck. el. b. n.* 500. *Borkh. tent. n.* 461.

Cal. 5-dentatus. *Cor.* labium superius subcrenatum fornicatum, *labium inferius* 3-lobum: *lobo medio* emarginato, *faux* utrinque denticulo obtusiusculo notata.

268. Betonica.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 973. *De Neck. el. b. n.* 499. *Borkh. tent. n.* 470.

Cal. 5-fidus aristatus. *Cor.* labium superius adscendens planiusculum integrum, *inferius* 3-lobum:

lobo medio majori emarginato crenulato. *Tubus* cylindricus.

269. Stachys.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 974. *De Neck. el. b. n.* 495. *Borkh. tent. n.* 463.

Cal. subæqualis 5-fidus. *Cor.* labium superius fornicatum subintegrum, *inferius* lateribus reflexum, *lacinia intermedia* majore emarginata. *Stamina* deflorata ad latera reflexa.

270. Ballota.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 975. *De Neck. el. b. n.* 487. *Borkh. tent. n.* 469.

Cal. hypocrateriformis 5-dentatus 10-striatus. *Cor.* labium superius crenatum concavum, *inferius* 3-lobum: *lobo medio* productiori emarginato. *Stamina* sub labio superiore latitantia.

271. Marrubium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 976. *De Neck. el. b. n.* 488. *Borkh. tent. n.* 459.

Cal. hypocrateriformis rigidus 10-striatus 10-dentatus: *dentibus* setaceis. *Cor.* labium superius 2-fidum lineare rectum, *inferius* 3-lobum: *lobo medio* emarginato.

272. Leonurus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 977. *De Neck. el. b. n.* 485. *Borkh. tent. n.* 466.

Cal. pentagonus: *dentibus* 5 acutis. *Cor.* lab. superius obtusum integrum villosum, *inferius* 3-partitum: *laciniis* lanceolatis integris, *media* majori.

273.

273. Clinopodiun.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 980. *De Neck. el. b. n.* 481. *Borkh. tent. n.* 473.

Involucrum multisetum verticillo subjectum. *Cal.* 2-labiatus ore nudus. *Cor.* lab. superius obcordatum planum rectum, *inferius* 3-lobum: *lobo medio* majore emarginato. *Stamina* curvata.

274. Origanum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 981. *De Neck. el. b. n.* 492. *Borkh. tent. n.* 451.

Strobilus erectus bracteis flores colligens. *Cal.* parvus subæqualis 5-dentatus *Cor.* lab. superius planum erectum emarginatum, *inferius* 3-partitum: *laciniis* æqualibus.

275. Thymus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 982. *De Neck. el. b. n.* 482. *Borkh. tent. n.* 450.

Cal. 2-labiatus: *fauce* villis clausa. *Cor.* lab. superius planum emarginatum, *inferius* 3-lobum.

276. Melissa.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 983. *De Neck. el. b. n.* 471. *Borkh. tent. n.* 472.

Cal. 2-labiatus angulatus scariosus supra planiusculus: *labio superiore* adscendente, *fauce* nuda. *Cor.* lab. superius emarginatum, *inferius* 3-lobum: *lobo medio* obcordato.

277. Dracocephalum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 984. *De Neck. el. b. n.* 494. *Borkh. tent. n.* 464.

Cor.

Cor. faux inflata dilatata, *lab. superius* concavum.

278. Melittis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 985. *De Neck. el. b. n.* 472. *Borkh. tent. n.* 448.

Cal. 2-labiatus, tubo corollæ amplior. *Cor.* lab. superius planum integrum, *inferius* 3-fidum: *lobo medio* majore crenato. *Antheræ* per paria in crucem connideventes.

279. Scutellaria.

L. *Gen. pl. ed. Schr. n.* 989. *De Neck. el. b. n.* 475. *Borkh. tent. n.* 474.

Cal. 2-labiatus integer: *fructiferus* clausus operculatus. *Cor.* lab. superius 3-lobum inflexum, *inferius* subintegrum *superne* convexum. *Tubus* basi inflexus.

280. Prunella.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 990. *De Neck. el. b. n.* 476. *Borkh. tent. n.* 468.

Cal. 2-labiatus: *fructiferus* hians. *Cor.* lab. superius indivisum, *inferius* 3-lobum: *lobo medio* crenato *superne* concavo. *Filamenta* 2 longiora bifurca, altero apice antherifera.

ANGIOSPERMIA.

281. Rhinanthus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 997. *De Neck. el. b. n.* 522. *Borkh. tent. n.* 486.

Cal. ventricosus compressus. *Cor.* lab. superius com-

compressum sub apice auriculatum. *Caps.* 2-locularis obtusa compressa.

282. Euphrasia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 998. *De Neck. el. b. n.* 545. *Borkh. tent. n.* 485.

Cal. 4-fidus cylindricus. *Cor.* lab. superius concavum margine reflexum, *inferius* planum. *Antheræ* inferiores altero lobo basi spinosæ. *Caps.* ovato-oblonga 2-locularis.

283. Melampyrum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 999. *De Neck. el. b. n.* 520. *Borkh. tent. n.* 487.

Cal. tubulosus 4-fidus. *Cor.* lab. superius compressum *margine* replicatum. *Caps.* 2-locularis obliqua compressa hinc dehiscens. *Sem.* 2 basi gibba.

284. Pedicularis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1003. *De Neck. el. b. n.* 521. *Borkh. tent. n.* 489.

Cal. subventricosus 5-fidus. *Cor.* personata: *labio superiore* compresso. *Caps.* subcompressa 2-locularis mucronata obliqua. *Sem.* tunicata.

285. Linaria.

De Neck. el. b. n. 533. *Spreng. Hal. p.* 165.

Cal. 5-partitus. *Cor.* personata *basi* calcarata, *palato* 2-partito. *Caps.* ovata 2-locularis apice *foraminulis* dehiscens.

286. Antirrhinum.

De Neck. el. b. n. 534. *Spreng. Hal. p.* 166.

Cal.

Cal. 5-partitus. *Cor.* personata *basi* gibba, *palato* 2-partito. *Caps.* 2-locularis ovata basi gibba apice *foraminulis* dehiscens.

287. Scrophularia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1014. *De Neck. el. b. n.* 535. *Borkh. tent. n.* 493.

Cal. 5-fidus. *Cor.* subglobosa irregularis: *laciniis superioribus* et *lateralibus* erectis, *infima* reflexa. *Caps.* 2-locularis polysperma.

288. Digitalis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1017. *De Neck. el. b. n.* 576. *Borkh. tent. n.* 494.

Cal. profunde 5-fidus. *Cor.* campanulata *deorsum* ventricosa: *limbo* irregulari obsolete 5-fido. *Caps.* ovata 2-locularis polysperma.

289. Limosella.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1039. *De Neck. el. b. n.* 572. *Borkh. tent. n.* 492.

Cal. 5-fidus. *Cor.* campanulata subæqualis. *Stamina* per paria approximata. *Caps.* semi-2-locularis polysperma.

290. Orobanche.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1045. *De Neck. el. b. n.* 526. *Borkh. tent. n.* 482.

Cal. 2-fidus: *laciniis* 2-dentatis. *Cor.* campanulato-ringens: *limbo* undulato. *Glandula* sub basi germinis. *Antheræ* cohærentes. *Caps.* 1-locularis 2-valvis.

CLAS-

Classis XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

257. Ajuga, *Günsel.*

1) *A. pyramidalis* tetragono-pyramidalis erecta villosa, foliis radicalibus maximis. *Pyramidenfoermiger Güns. Steingünsel, Güldengünsel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 8. *Ejusd.* Enum. p. 595. *Pers.* syn. pl. II. p. 109. *Hoffm.* Germ. II. p. 1. *De Vest.* Man. bot. p. 368. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 155. *Sehreb.* plant. vert. unilabiat p. XXIII.)

Bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis aridis, ad vias siccas, ad vineas et ad sylvarum margines ubique.

Planta tota villosissima absque stolonibus. *Caulis* palmaris et pedalis, erectus, simplex, tetragonus. *Folia* oblonga, obtusa, latiuscula, basi attenuata: *infima* reliquis multo majora subpetiolata obovata crenata, *superiora* sensim minora ovata ferrata. *Flores* sessiles, verticillati, in spicam terminalem densam multifloram pyramidalem collecti. *Bracteæ* villosæ, purpureo-violaceæ *vel* cœrulescentes. *Corollae* coeruleae, rarius albae.

2) *A. genevensis* erecta villosa, foliis radicalibus cæ-

coeteris minoribus: floralibus plerisque trilobis. *Genfer Günsel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 9. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 200. *De Vest* Man. bot. p. 369.)

Bugula genevensis Scopol. Carniol. I. p. 416.
Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in montosis, in saxosis et in nemoribus. (Ad muros et inter munimenta arcis *Marienburg*, in saxosis *montis Zellensis*, am *Hexenbruch* et in *monte Nicolai.* Inter ruinas der *Karlsburg*, des *Zabelsteins* et des *Reichelsperges* prope *Aub.* In nemorosis sylvarum *Guttenberg* et *Kitzingen*, alibique.)

Simillima antecedenti, a qua differt; *foliis* ex ovato oblongis dentato-angulatis, *infimis* reliquis angustioribus et minoribus, *floralibus* plerisque trilobis: *lobo intermedio* elongato. *Calyces* villosissimi, purpurascentes.

Variat *floribus* albis et rubentibus.

3) *A. reptans* erecta glabra, stolonibus reptantibus. *Sprossender Güns. Wiesengüns. Zapfenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 10. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schr.* pl. vert. unilab. p. XXII. *Herb. Blackw.* t. 64. f. 1. *Knorr.* thesaur. II. t. A. 8.)

Bugula reptans Scop. Carn. l. c. *Moench.* Meth. p. 381.
Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, glaber, simplex, basi *stolones* supra terram repentes non floriferas emittens. *Folia* ovalia, obtusa, crenata, glabra: *summa* plerumque colorata. *Verticilli* densi, multiflori, villosi: *inferiores* remotiores. *Flores* coerulei.

Va-

Variat non raro *caule* basi stolonibus destituto atque *floribus* violaceis, rubentibus et albis.

4) *A. chamæpytys* caule diffuso, foliis linearibus trifidis, floribus axillaribus solitariis folio brevioribus. *Acker-Güns. Schlagkraut, Herzkraut, Erdkiefer, Feldzypresse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 528. *Schr.* pl. vert. unil. p. XXIV.)

Teucrium chamæpytys Linn. sp. pl. 1. p. 787.

Bugula chamæpytys Scop. Carn. I. p. 417. *Bernh.* Erf. p. 77.

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in agris, in arenosis et saxosis montanis. (In arenosis versus *Eivelstadt*, *Frickenhaussen*, inter *Kleinochsenfurth* et den *erlacher Seen*, circa dem *Capuzinerkloster* prope *Ochsenfurth*, versus der *Wolfgangs-Kapelle*, et in arenosis non procul a via versus *Eichelsee* passim. In arenosis hinc inde versus *Veitshoechheim, Thüngersheim, Retzbach, Thüngen, Stetten, Karlsstadt* etc. In montosis prope *Retzbach* versus *der neuen Anlage*, prope der *Karlsburg*, versus der *Sejfriedsburg* infra *Gemünden*, auf dem *Neuberg* prope *Arnstein*, alibique infrequens.)

Caulis digitalis et palmaris, procumbens, diffusus, villosus, *inferne* ramosus. *Folia* viscida, pubescentia, opposita: *infima* petiolata lanceolata obtusa integra, *reliqua* sessilia profunde tripartita: *laciniis* linearibus integerrimis subrevolutis. *Flores* axillares, solitarii, oppositi, subsessiles. *Calyx* pubescens. *Corollæ* parvæ, flavæ, sæpius rubro punctatæ. *Filamenta* basi barbata.

Planta amara, aromatica.

258.

258. Teucrium, *Gamander.*

1) *T. Botrys* foliis multifidis, floribus axillaribus ternis pedunculatis, caulibus diffusis. *Trauben-Gamand.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* III. p. 14. *Ejusd.* Enum. p. 596. *Pers.* syn. pl. II. p. 110. *Hoffm.* Germ. II. p. 2. *Ejusd.* Germ. ed. 1791. t. 9. *De Vest,* Man. bot. 369. Schreb. pl. vert. unil. p. XXXII.)

Chamædrys botrys Moench. Meth. p. 383. *Bernh.* Erf. p. 77.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in arenosis saxosis sterilibus, ad vias, inque montosis fere ubique.

Caulis palmaris et altior, ramosissimus, diffusus. *Folia* opposita, petiolata, pilosa, recurva, multifida: *laciniis* parallelis 2-3-5-fidis integris obtusis. *Flores* pedunculati, axillares, plerumque terni, dimidiatim verticillati, foliis breviores. *Calyx* hirsutus, basi striatus, valde gibbus. *Corolla* rubella, medio alba, punctis rubris conspersa. *Semina* fusca, punctata, subreniformia.

Herba viscida, aromatica, subvinosa.

2) *T. Scorodonia* foliis cordatis serratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. *Wilder Gam. Scorodonie.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 24. *Ejusd.* Enum. p. 597. *Pers.* syn. pl. p. 111. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 370. *Schr.* pl. vert. unil. p. XXXIX. *Herb. Blackw.* t. 9.)

Scorodonia heteromalla Moench. Meth. p. 384.

Perenn. Flor. Jul.-Augusto.

Hab. in saxosis et montosis ubique fere.

Ro-

Radix repens. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus *vel* declinatus, villosus, parum ramosus. *Folia* opposita, petiolata, cordato-ovata, obtusiuscula, acute serrata, rugosa, ex atro virentia, pilis brevissimis obsessa, *summa* exigua subrotunda integerrima acuta mucronata. *Racemi* axillares et terminales, prælongi, adscendentes, secundi, laxi, nudi: *pedunculis* brevissimis simplicibus. *Calyx* venosus, glaber: *dentibus* aristatis. *Corollae* ochroleucæ *aut* e viridi albidæ: *tubo* longo. *Stamina* purpurascentia, recta, *deflorata* reflexa.

Herba valde amara, aromatica.

3) *T. Scordium* foliis oblongis sessilibus dentato-serratis, floribus axillaribus pedunculatis geminis, caule diffuso. *Knoblauchduftender Gam. Wasser-Gamand. Lacken-Knoblauch.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 27. *Ejusd.* Enum. p. 598. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schr.* pl. vert. unil. p. XXXVII. *Herb. Blackw.* t. 475.)

Chamædrys Scordium Moench. Meth. p. 384. *Perenn. Flor. Julio-Septembri.*

Hab. in pratis subhumidis, in nemorosis humidis et ad ripas udas. (In graminosis humidis prope *Wolfsmünster*, *Græfendorf*, *Schunderfeld* et *Gemünden* raro. In pratis humidis circa *Abb. Heidenfeld*, in den *Lacken*, in den *Marrbachsfeldorn* et juxta sylvam *Anspach* ibidem. In nemorosis humidiusculis des *Guttenberger*, *Kitzinger*, *Bromberger* et *Steiger-Waldes* passim. Etiam in locis demissioribus humidis der *Waldskugel* specimina plura legi.

Radix fibrosa. *Caulis* palmaris, pedalis et major, basi decumbens stolonifer, tunc erectus, ramosus, tetragonus, pubescens, *inferne* glabrior. *Folia* opposita,

ses-

sessilia, elliptico-oblonga, obtusa, patentia, dentato-serrata, subrugosa, tenuissime pubescentia, canescentia. *Flores* in singulis verticillis plerumque 4 erecti, breviter pedunculati, foliis triplo breviores. *Calyces* villosi. *Corollæ* purpurascentes, rarius albidæ.

Planta amara, aromatica, *Allium* redolens.

4) *T. Chamædrys* foliis cuneiformi-ovatis incisis crenatis petiolatis, floribus axillaribus pedunculatis ternis, caule procumbente subpiloso. *Gemeiner Gam. Edelgamander, Bathengel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 28. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schr.* pl. vert. unil. p. XXXII. *Herb. Blackw.* t. 180.)

Chamædrys officinalis Moench. Meth. p. 383. *Bernh.* Erf. p. 77.

Suffrutex Flor. Junio-Augusto.

Hab. in apricis, asperis, in saxosis et ad vinearum muros copiose.

Radix lignosa, romosa, repens. *Caules* digitales et palmares basi decumbentes et lignosi, dein adscendentes, obsolete quadranguli, ramosi, pilosi. *Folia* opposita, in petiolos breves desinentia, firma, nitida, pilosiuscula, cuneiformi-ovata, obtusa, inciso-serrata, basi integerrima: *superiora* sessilia oblonga acuta basi rotundata supra medium dentata, *summa* acuminata angustiora plerumque integerrima verticillis breviora. *Flores* pedunculati, axillares, subterni, dimidiatim verticillati. *Calyx* pilosus, pedunculo longior. *Corollæ* purpurascentes, interdum albidæ.

Planta amariuscula, aromatica.

5) *T. montanum* floribus corymboso-capitatis, denti-

dentibus calycinis acutis muticis, foliis lanceolatis integerrimis subtus tomentosis. *Berg-Gamander.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 31. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 112. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schr.* pl. vert. unil. p. L.)

Polium tomentosum Moench. Meth. supplem. p. 133.

Suffrutex. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in apricis montosis. (In monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg* et in monte *Kalmut* copiose. Iu apricis hinc inde versus der *neuen Anlage* prope *Retzbach* et circa *Thüngen.* Passim etiam in saxosis circa der *Karlsburg* et inter ruinas ibidem, alibique rarius.)

Radix lignosa, ramosa, repens. *Caules* digitales et palmares, procumbentes, apicibus erecti, ramosissimi, obsolete tetragoni, subvillosi, basi fruticulosi: *juniores* præcipue albo-tomentosi. *Folia* brevissime petiolata, opposita, conferta, firma, nitida, lanceolata, obtusiuscula, utrinque attenuata, integerrima, revoluta, subtus tomento albo denso tecta. *Flores* pedunculati, conferti, corymboso-capitati: *capitulis* terminalibus solitariis erectis densis basi laxioribus, *fructiferis* magis elongatis fere spicæformibus. *Bracteæ* foliis similes, sed angustiores. *Calyces* angulati, glabri: *dentibus* acutissimis non mucronatis: *Corollæ* albidæ, *vel* pallide lutescentes.

6) *T. supinum* floribus corymboso-capitatis, dentibus calycinis acutis mucronatis, foliis linearibus integerrimis subtus tomentosis. *Niedriger Gamander.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 32. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 201. *De Vest* Man. bot. p. 371. *Jacq.* Austr. t. 417.)

Suffru-

Suffrutex. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in montosis apricis. (In monte *Hohwann* prope *Hassfurth*, in *montis Kalbensteinensis* parte septentrionali, et ad rupes et muros vetustos arcis *Karlsberg* cum præcedente.)

Maxime affine antecedenti, a quo *caulibus* brevioribus densius tomentosis, *foliis* angustioribus linearibus acutiusculis magis adhuc confertis, *capitulis florum* minoribus rotundioribus, *calycibus* pubescentibus: *dentibus* mucronatis, et *corollis* parum minoribus modo differt.

An sit *Teucrium supinum T. montani* varietas, uti *Ill. Schreberus in Dissert. de plantis verticillat. unilabiatis p.* L. assumit, contendere haud possum. Ambo saltem hæ plantæ, quoad eas in horto nostro botanico observavi, differentias supra allatas constanter retinuere.

259. SATUREJA, *Saturey.*

1) *S. hortensis* foliis lanceolatis integerrimis, caule brachiato. *Garten-Satur. Bohneukraut, Pfefferkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 45. *Ejusd.* Enum. p. 599. *Pers.* syn. pl. II. p. 113. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 156. *Herb. Blackw.* t. 419. *Sturm.* D. Flor. I. 5.)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in Italia, in Gallia narbon. et in Hispania. (Colitur in vineis et in hortis abunde, ubi seminibus dissipatis nonnunquam sponte quasi crescere videtur.)

Caulis palmaris *aut* pedalis, erectus, setuloso-asper,

asper, basi lignosus, ramosissimus: *ramis* brachiatis. *Folia* opposita, subsessilia, firma, setuloso-aspera, lineari-lanceolata, integra. *Pedunculi* axillares, 2-3-5-flori, subcymosi. *Calyx* tubulatus, striatus, subæqualis. *Corollæ* pallide coeruleæ s. rubentes.

Herba fragrans, aromatica, amara.

260. Hyssopus, *Isop.*

1) *H. officinalis* floribus verticillatis racemosis secundis, foliis lineari-lanceolatis. *Gemeiner Isop.*
(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 47. *Ejusd.* Enum. p. 599. *Pers.* syn. pl. II. 114. *Hoffm.* Germ. II. p. 2. *De Vest* Man. bot. p. 380. *Jacq.* Austr. t. 254. *Herb. Blackw.* t. 296. *Sturm.* D. Flor. I. 3.)
H. vulgaris Bernh. Erf. p. 81.
Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in hortis et ad muros. (In hortis et passim etiam in vineis quasi sponte provenit. In *muris oppidanis* e. gr. versus dem *Stockhausse* juxta *moenum* frequentissime spontanea, alibique.)

Radix lignosa, ramosa. *Caules* plures, pedales, sesquipedales et altiores, oblique erecti, teretes, scabriusculi, simplices, basi frutescentes. *Folia* opposita, subsessilia, patentia, lanceolata, acuta, utrinque punctata, integerrima, marginibus aculeato-scabra. *Stipulæ* foliosæ, lanceolatæ. *Bracteae* conformes, sed breviores et angustiores. *Flores* pedunculati, axillares, verticillato-racemosi: *racemis* secundis elongatis. *Corollæ* plerumque coeruleæ, sæpe etiam rubræ et albæ. *Stamina* recta, corolla longiora, ejusque coloris.

Herba aromatica, amara, subcamphorata.

261. Verbena, *Eisenkraut, Eisenhart.*

1) *V. officinalis* spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis. *Gemeines Eisenkr. Stahlkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 120. *Ejusd.* Enum. p. 635. *Pers.* syn. pl. II. p. 138. *Hoffm.* Germ. I. p. 12. *Ejusd.* Germ. ed. 1791. t. 2. *De Vest* Man. bot. p. 375. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 3. *Sturm.* D. Flor. I. 3. *Herb. Blackw.* t. 41.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in ruderatis, ad vias, muros et pagos frequens.

Caulis 2-pedalis et altior, erectus, rigidus, quadrangulus, sulcatus, ad angulos hirtus, ramosus: *ramis* brachiatis. *Folia* opposita, sessilia, rugosa, scabra, lyrato-pinnatifida, incisa, crenata. *Flores* alterni, brevissime pedunculati, spicati. *Spicæ* terminales, longæ, multifloræ, filiformes paniculatæ. *Calyces* hirsuti, pentagoni. *Corollæ* fauce coarctatæ, parvæ, 5-fidæ, ex albo rubescentes. *Stamina* brevissima, inclusa. *Stigma* globosum *Semina* verrucosa.

262. Nepeta, *Katzenmünze.*

1) *N. Cataria* floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-serratis. *Gemeine Katzenm.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 49. *Ejusd.* Enum. p. 600. *Pers.* syn. pl. II. p. 114. *Hoffm.* Germ. II. p. 3. *De Vest* Man. bot. p. 379. *Herb. Blackw.* t. 455.)

Cataria vulgaris Moench. Meth. p. 387.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias et ripas are-

no-

nosas passim. (Ad vias et *moeni* ripas versus *Veitshoechheim*, *Thüngersheim*, *Retzbach* et *Karlstadt*. In ruderatis et inter ruinas *arcis Karlsburg* ibidem. Ad viam versus *Karlenburg* et *Stetten*. Ad ripas *moeni* et in ruderatis circa *Ochsenfurth*, *Frickenhaussen*, *Sulzfeld*, *Volkach*, *Kitzingen*, *Wipfeld*, *Hirschfeld*, et alibi.)

Planta tota incano-tomentosa. *Caulis* sesquipedalis et 2-pedalis, erectus, tetragonus, ramosus: *ramis* oppositis erectis conformibus. *Folia* opposita, petiolata, deflexo-patentia, cordato-ovata, acuta, dentato-serrata, rugosa. *Spicae* terminales, obtusae, verticillatae, multiflorae, interruptae: *florum fasciculis* pedicellatis foliolosis. *Calyces* nervosi: *dentibus* aequalibus setaceis. *Corollae* albae: *labio* intus punctis rubicundis *aut* purpurascentibus notato.

Herba odore aromatico, fragrante, felibus pergrato.

263. MENTHA, *Münze.*

Spicatae.

1) *M. sylvestris* spicis villosis cylindraceis subcontinuis, foliis ovato-oblongis inaequaliter serratis supra canescentibus subtus villosis, pedunculis calycibusque hirsutis. *Wilde Münze*, *Bach-Münze*, *Pferdmünze*.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 74. *Ejusd.* Enum. p. 607. *Pers.* syn. pl. II. p. 119. *Hoffm.* Germ. II. p. 4. *Roth.* Germ. I. p. 247. III. p. 5. *De Vest* Man. bot. p. 371. *Herb. Blackw.* t. 292.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad ripas, ad fossas, in paludosis et humidis ubique.

Radix repens. *Caules* sesquipedales et altiores, erecti, tetragoni, villosi, ramosi. *Folia* opposita, sessilia, patentia, inaequalia, ovato-oblonga, acuminata, inaequaliter dentato-serrata, *supra* incana venosa, *subtus* albido-tomentosa. *Verticilli* densi, multiflori, in *spicas terminales* villosas cylindraceas basi interruptas dispositi. *Bracteae* subulatae, villoso-tomentosae, floribus duplo fere longiores: *Pedunculi* fasciculati, hirti. *Calyces* exigui, undique hirti. *Corollae* parvae, calyce duplo longiores, purpurascentes *aut* albidae, *extus* hirsutae. *Stamina* corollam plerumque superantia.

Variat non raro *foliis* angustioribus utrinque albido-villosis, *spicis* longioribus basi non interruptis et *staminibus* corollam parum excedentibus.

Odor totius plantae fortis, ingratus ac fere uliginosus.

2) *M. nemorosa* spicis cylindraceis villosis coarctatis continuis, foliis oblongis subcordatis subsessilibus aequaliter serratis subtus tomentoso-canis, pedunculis calycibusque hirsutis. *Busch-Münze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 75. *Ejusd.* Enum. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 272. *Rebent.* Prodr. Neomarch. p. 57. *Schultz.* Prod. Stargard. p. 147.)

M. sylvestris β. Smith. Britann. II. p. 610. *Pers.* syn. pl. II. p. 119. *Hoffm.* Germ. II. p. 4. (*M. villosa.*) *M. suaveolens* Ehrh. Beitr. B. VII. p. 149.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad ripas uliginosas, inque nemorosis paludosis passim.

Praecedenti, qua cum plurimi eam authores conjungunt, maxime affinis; sed *caulibus* minoribus, *foliis* breviter petiolatis oblongis acuminatis basi subcordatis aequaliter serratis subtus praecipue tomento cano ob-

obductis, *spicis* coarctatis basi non interruptis, *dentibus calycinis* apice sphacelatis et *staminibus* corollae aequalibus constanter diversa.

In planta spontanea aeque ac in culta differentias hasce semper observavi, eamque peculiarem constituere speciem cum *Ill. Willdenowio* credo.

Variat *foliis* marginibus magis minusve crispis.

Odor minus gravis atque ingratus, quam in *M. sylvestri.*

3) *M. gratissima* spicis cylindricis longis subcontinuis villosis, foliis sessilibus elliptico-lanceolatis argute aequaliter serratis subtus tomentosis, staminibus corollae aequalibus. *Angenehmste Münze, Basilienmünze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. p. 119. *Roth.* Germ. I. p. 247. III. p. 6. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 203. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

M. Halleri Gmel. Bad. II. p. 594.

Perenn. Flor. Jul.-Augusto.

Hab. in paludosis, ad fossas et ad ripas rarius.

Valde affinis 2 praecedentibus, a quibus differt: *foliis* elliptico-lanceolatis basi evidentius cordatis *nervis* elatioribus rugosis instructis, *spicis* multo gracilioribus patentibus densioribus: *verticillis* 2 *aut* 3 *infimis* semper remotis, *staminibus* corollam plerumque aequantibus, interdum ea longioribus *aut* brevioribus, *stylo* corolla duplo fere longiore, et *odore* totius plantae gratissimo ocymoso.

4) *M. viridis* spicis cylindraceis interruptis, foliis subsessilibus lanceolatis argute serratis basi cuneatis utrinque glabris, calycibus pedunculisque glabriusculis, dentibus calycinis ciliatis. *Grüne M. Spitz-Münze.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 76. *Ejusd.* Enum. p. 609. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. ed. 1804. II. p. 4. *Roth.* Germ. I. l. c. III. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 290.)
Perenn. Flor. Jul. - Augusto.

Hab. ad rivulos et ad fossas (Ad rivulum *fossae oppidanae* inter dem *neuen* et *pleichacher Thore*, ad scaturiginem *sylvae guttenbergensis* non procul *vom Jaegerhausse*, et in horto *Zellae superioris.* Ad fossas *circa Abb. Heidenfeld,* et in uliginosis prope *Grossenlangheim.* Ad ripas *Salae* prope *Gemünden, Graefendorf*, alibique raro.)

Caules plures, pedales, sesquipedales et altiores, erecti, tetragoni, ramosi, glabri. *Folia* opposita, subsessilia, patentia, ovato-lanceolata, acuta, argute serrata, utrinque nuda, saturate viridia. *Spicae* cylindricae, elongatae, erectae, e *verticillis* densis *infimis* remotioribus compositae. *Bracteae* setaceae, et, uti *dentes calycini*, ciliatae. *Calyx* gracilis, sulcatus, glaber. *Corollae* pallide rubellae. *Stamina* corolla duplo plerumque longiora.

Odor aromaticus, acris.

Ratione habitus ad *M. piperitam* et *M. sylvestrem* accedit. Ab ea vero *foliis* omnibus subsessilibus, *odore* multo debiliore ac *sapore* non camphorato, et ab hac *statura* minori, glabritie et colore saturate viridi primo jam intuitu facile distinquenda.

5) *M. rotundifolia* spicis cylindraceis subhirsutis interruptis, foliis subsessilibus elliptico-subrotundis rugosis serratis subtus cano-villosis, pedunculis calycibusque hirtis. *Rundblaettrige Münze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 77. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn.

syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ, l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jul. - Augusto.

Hab. in ruderatis, in sylvis, in paludosis, ad ripas et fossas passim non infrequens.

Radix valde repens et *stolones* emittens. *Caules* plures, sesquipedales et altiores, erecti, tetragoni, ramosi, villosi. *Folia* opposita, sessilia *aut* brevissime petiolata, patentia, elliptico - subrotunda, rugosa, dentato - serrata, *supra* viridiuscula villosa, *subtus* tomentoso - incana: *nervo medio* albido. *Spicae* cylindraceae, graciles: *verticillis* densis approximatis, *inferioribus* remotioribus. *Bracteae* lanceolatae, tomentosae, floribus longiores. *Pedunculi* et *calyces* parvi, undique hirti. *Corollae* parvae, rubicundae *aut* albidae. *Stamina* plerumque exserta. *Stylus* corolla duplo longior.

Odor plantae gravis, aromaticus, fere citrinus.

Capitatae.

6) *M. aquatica* spicis capitatis, foliis petiolatis ovatis serratis subtus pubescentibus, calycibus hirsutis, pedunculis retrorsum hispidis. *Wasser - Münze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 78. *Ejusd.* Enum. p. 610. *Pers.* syn. pl. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 248. III. p. 7. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 204. *De Vest* Man. bot. p. 373. *Herb. Blackw.* t. 32.)

M. hirsuta Smith. Brit. II. p. 616. *Ligthfoot.* Scot. II. p. 1104. *Hoffm.* Germ. ed. 1804. p. 5.

Perenn. Flor. Jul. - Augusto.

Hab. ad ripas, ad fossas, inque aquosis et humidis ubique.

Cau-

Caules pedales et altiores, erecti, tetragoni, plus minusve hirsuti, inferne plerumque, saepe toti purpurascentes. *Folia* opposita, petiolata, patentia, cordato-ovata, acuminata s. obtusiuscula, inaequaliter serrata, subrugosa, plus minusve hirsuta *aut* glabriuscula, saepe rubella *aut* maculis et lineis purpureis notata. *Flores*, quam in praecedentibus majores, violacei *aut* dilute purpurei, capitato-verticillati: *pedunculis* pilis reflexis hirsutissimis. *Calyces* sulcati, purpurascentes, hirti. *Stamina* corollam plerumque superantia, rarius eam adaequantia.

Variat *caulibus* tenuioribus demissioribus et magis hirsutis, *foliis* brevissime petiolatis s. subsessilibus subtus villosis incanis. (*M. hirsuta* L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Roth.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. et aliorum.)

Odor gravis, aromaticus, acris.

7) *M. citrata* spicis capitatis obtusissimis, foliis petiolatis ovatis serratis glabris, pedunculis calycibusque glaberrimis. *Zitronen-Münze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 79. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Ehrh.* Beitr. B. VII. p. 150.)

M. odorata Smith. Britann. II. p. 615.

M. adspersa Moench. Meth. p. 379.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in locis inundatis arenosis, ad ripas. (Ad *moeni* ripas arenosas infra *Ochsenfurth*, prope *Kitzingen*, *Hassfurth* et *Volkach* raro. Prope *Karlstadt* invenit *cl. Dr. Geist.* Ad *rivum* vulgo *Wehr* versus *den Bauernsee* prope *Abb. Heidenfeld, in der Fundgrube* prope *Grossenlangheim* et in *Insula moeni* versus dem *Siechhausse* specimina pauca legi.)

Cau-

Caules plures, palmares et pedales, erecti, tetragoni, ramosi, glaberrimi. *Folia* petiolata, ovata, obtusiuscula, obtuse serrata, utrinque glaberrima. *Flores* pallide rubicundi *aut* dilute violacei, capitato-verticillati: *verticillis* densis approximatis, *infimo* magis remoto. *Bracteae* setaceae, glaberrimae. *Calyx* parvus, sulcatus, plerumque atro-purpureus, glanduloso-punctatus. *Stamina* corolla breviora.

Herba odore gaudet perquam suavi, fere citri.

Ill. Gmelinus (*Vid. Flor. bad. etc. II. p.* 599.) hanc tanquam variationem *Menthae aquaticae* allegat. Ego quidem eam per plurimos annos *a dil. Patre meo* in Aquario horti botanici sustentatam absque ulla mutatione cresentem observavi.

Verticillatae.

8) *M. sativa* floribus verticillatis, foliis petiolatis ovatis inciso-serratis supra lucidis subtus pubescentibus, pedicellis calycibusque glaberrimis: dentibus hirsutis. *Zahme Münze.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 248. III. p. 8. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 204. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

M. rubra Smith. Brit. II. p. 620. *Hoffm.* Germ. ed. 1804. p. 5. *Willd.* Enum. p. 610.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. ad ripas et fossas. (In *fossa oppidana* versus *dem grossen See.* Ad *moeni* ripas infra *Thüngersheim*, prope *Gemünden* et *Zwing.* Ad lacus et fossas circa *Abb. Heidenfeld*, et alibi raro.)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, flexuosus, tetragonus, glaber, plerumque rubicundus, ramosus. *Folia* pe-

petiolata, ovata, utrinque angustata, profunde dentata, rugosa, scabriuscula, *supra* lucida, *subtus* pallidiora pubescentia: *superiora* angustiora ac breviora, interdum crispa. *Verticilli* plurimi, densi, multiflori. *Bracteae* subciliatae: *exteriores* lanceolatae, *interiores* setaceae. *Pedunculi* glaberrimi, purpurascentes. *Calyx* glaber: *dentibus* plus minusve hirsutis. *Corollae* majusculae, violaceae, rubellae *aut* albidae. *Stamina* corollae aequalia *aut* ea parum longiora.

Planta aromatica, fragrans.

9) *M. arvensis* floribus verticillatis, foliis petiolatis ovatis serratis hirtis, calycibus campanulatis pedunculisque hirsutis, caule ramosissimo. *Acker-Münze, wilder Poley.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 80. *Ejusd.* Enum. p. 611. *Pers.* syn. pl. p. 120. *Hoffm.* Germ. p. 6. *Roth.* Germ. I. p. 249. III. p. 9. *De Vest* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 131.)

Perenn. Flor. Jul.-Augusto.

Hab. in agris fere ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, debilis, basi plerumque decumbens, erectiusculus s. prostratus, tetragonus, plus minusve hirsutus, ramosus. *Folia* petiolata, ovata, acutiuscula, obtuse serrata, plus minusve hirsuta, laete *aut* saturate viridia. *Verticilli* subsessiles, subrotundi, hirsuti, densi, multiflori, petiolos aequantes. *Pedunculi* hirsuti, plerumque purpurascentes. *Calyces* breves, campanulati, obsolete sulcati, villoso-hirsuti. *Corollae* rubellae *vel* purpureo-coerulescentes, interdum albidae. *Stamina* longitudine varia, mox corolla longiora, mox breviora, interdum eam aequantia.

Odor plantae gravis, aromaticus.

Var.

Var. *caulibus* diffusis debilioribus humilioribus, *foliis* cordato - ovatis obtusis acute serratis minus hirsutis, *verticillis* ac *floribus* minoribus, *staminibusque* totis inclusis.

Hujus mera est variatio *M. verticillata* plurimorum authorum.

10) *M. palustris* floribus verticillatis, foliis petiolatis ovatis serratis hirsutis, calycibus pilosis, pedunculis glabris, caule erecto. *Sumpf-Münze.*

(*Moench.* Meth. p. 380. *Bernh.* Erf. p. 83.)

M. austriaca L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 81. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 374. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p. 353. *Jacq.* Austr. t. 430.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in inundatis, in udis, ad fossas, ad ripas et etiam in agris cum praecedente.

Maxime affinis antecedenti, a qua *caulibus* semper erectis minusque ramosis, *pedunculis* elongatis glabris, saltem basi solummodo parum pilosis et *corollis* obtusioribus *stamina* perfecte includentibus constanter differt.

Etiam *planta culta* mutationi nulli succumbit.

264. Glechoma, *Gundelrebe, Gundermann.*

1) *Gl. hederacea*, foliis reniformibus crenatis, caulibus procumbentibus. *Gemeine Gundelr. epheuartiger Gundermann.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 85. *Ejusd.* Enum. p. 612. *Pers.* syn. pl. II. p. 121. *Hoffm.* Germ. II. p. 6. *De Vest* Man. bot. p. 380. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 159. *Sturm.* D. Flor. I. 8. *Herb. Blachw.* t. 225. *Knorr.* thesaur. t. G. 1.)

Ca-

Calamintha Hederacea Scopol. Carniol. I. p. 423.
Chamaeclema hederacea Moench. Meth. p. 393.
Perenn. Flor. Aprili-Septembri.

Hab. in pratis, in nemorosis, in pomariis et ad sepes ubique.

Caules palmares, pedales, procumbentes, repentes et radicantes, pubescentes, ramosi: *ramis* oppositis, *floriferis* erectis. *Folia* opposita, petiolata, patentissima, cordato-reniformia, crenata, pilosa, rugosa. *Pedunculi* axillares, secundi, verticillati, ramosi, sub-5-flori, petiolis breviores. *Bracteae* minimae, setaceae. *Calyx* striatus, rigidus, margine rubellus: *dentibus* subaristatis basi villosis. *Corollae* coeruleae, violaceae *aut* purpureae, raro albidae. *Antherae* albae, lunatae, primo in formam crucis conniventes, post anthesin invicem distinctae.

Herba ante florescentiam praecipue grate aromatica, amariuscula.

265. Lamium, *Taubnessel, Bienensaug.*

1) *L. laevigatum* foliis cordatis rugosis, caule laevi, calycibus glabris longitudine corollae. *Glatte Taubn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 86. *Pers.* syn. pl. II. p. 121. *Roth.* Germ. I. p. 252. III. p. 21. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 206.)
Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. ad sepes, in nemorosis, in hortis et pomariis passim.

Caules palmares, pedales et altiores, erecti, tetragoni, glabri, basi ramosi, purpurascentes. *Folia* opposita, petiolata, cordata, acuminata, rugosa, glabra, crenato-den-

dentata, petiolis multo longiora. *Verticilli* subsessiles, utrinque sub-5-flori. *Calyces* striati, glabri, longitudine tubi corollae, basi non fusci. *Corollae* magnae, rubello-purpureae.

2) *L. maculatum* foliis cordatis acuminatis, petiolis aequalibus, verticillis 10-floris, labio superiori obsolete denticulato acuto. *Gefleckte Taubn. großer rother Bienensaug.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 87. *Ejusd.* Enum. p. 613. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. II p. 7. *De Vest* Man. bot. p. 386. *Knorr.* thesaur. I. t. N. 9. f. 2.)

Perenn. Flor. Aprili-Julio.

Hab. ad sepes, in dumetis et in nemorosis ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, basi decumbens et plerumque radicans, dein erectus, tetragonus, pilosus, ramosus. *Folia* opposita, cordata, acuminata, hirsuta, dentato-serrata, obscure viridia, *vere* et *autumno* albo maculata: *petiolis* aequalibus. *Verticilli* sub-10-flori. *Calyx* pilosus, dorso lineis fuscis notatus: *dentibus* setaceis recurvis inaequalibus. *Corollae* magnae, purpureae: *tubo* hirsuto, *labio superiori* majori concavo inaequaliter crenulato,

3) *L. album* foliis cordatis acuminatis, petiolis dilatatis, verticillis 20-floris, labio superiori integerrimo obtuso. *Weiße Taubn, großer weißer Bienensaug.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 88. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 122. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Sturm.* D. Flor. I. 8. *Herb. Blackw.* t. 33, *Knorr.* thes. I. t. N. 8.)

Perenn. Flor. Aprili-Septembri.

Hab.

Hab. ad sepes, ad muros, ad vias, in hortis et vineis ubique copiose.

Ab antecedente differt: *foliis* nusquam maculatis, *petiolis* non aequalibus, sed dilatatis, *verticillis* 14-20-floris, *calycibus* basi macula fusca notatis, *corollis* albis: *tubo* glabro, *labio superiori* integerrimo obtuso. *Antherae* nigrae, hirsutae.

4) *L. purpureum* foliis cordatis obtusis aequaliter obtuse dentatis: superioribus confertis. *Rothe Taubn. kleiner rother Bienensaug.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 182. f. 1.)

L. nudum Moench. Meth. p. 393.

Ann. Flor. Aprili - Septembri.

Hab. in cultis, in ruderatis, ad vias et sepes ubique abunde.

Caules palmares et majores, basi decumbentes et ramosi, tunc erecti, tetragoni, glaberrimi, *medio* nudi, *superne* floriferi et dense foliosi. *Folia* opposita, petiolata, cordata, subreniformia, obtusa, aequaliter obtuse dentata, rugosa, pubescentia: *petiolis* basi productis et subtus in tuberculum incrassatis. *Verticilli* multiflori. *Dentes calycini* ciliati. *Corollae* purpureae, quam in *L. maculato* multo minores: *tubo* recto, *fauce* subcompressa.

Elegans hujus variatio: *corollis* niveis, *foliis* pallide viridibus: *floralibus* albidis hinc inde e. gr. in cultis pone pagum *Gramschatz* non infrequens.

5) *L. amplexicaule* foliis subrotundis obtusis crenatis: floralibus sessilibus amplexicaulibus incisis. *Umfassende Taubn. stielloser Bienens. Hühnertodt.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 90. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 159.)
Geleobdolon amplexicaule Moench Meth. p. 394.
Pollichia amplexicaulis Roth. Germ. I. p. 254. III. p. 27.
Ann. Flor. Aprili - Augusto.

Hab. in cultis, in ruderatis, in pomariis, ad sepes et dumeta ubique.

Caules plures, digitales, palmares et altiores, basi decumbentes, tunc erecti, tetragoni, scabriusculi, simplices. *Folia* opposita, rugosa, villosa: *inferiora* petiolata subrotunda sublobata obtuse serrata, *superiora* sessilia amplexicaulia rotundata incisa et crenata. *Verticilli* sessiles, multiflori. *Calyces* dense villosi. *Corollae* purpureae: *tubo* gracili, *primordiales* terminales calyce multo longiores, *sequentes* clausae hirsutae calycis longitudine.

Variat *caule, foliis*, et *floribus* majoribus.

266. Galeobdolon, *Waldnessel.*

1) *G. luteum* foliis cordato - ovatis crenato-dentatis petiolatis, verticillis sub - 6 - floris. *Gelbe Waldn. gelbe Taubnessel, Goldnessel.*

(*Willd.* Enum. p. 614. *Smith.* Brit. II. p. 631. *Moench.* Meth. p. 394. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 362. *Gmel.* Bad. II. p. 617. *Bernh.* Erf. p. 78. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 157. *Knorr.* thes. I. t. N. 9. f. 1.)
G. vulgare Pers. syn. pl. II. p. 122.
G. umbrosum Wibel. Werth. p. 139.

Leonurus Galeobdolon L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 115. *Hoffm.* Germ. II. p. 13. *De Vest* Man. bot. p. 382. *Spreng.* Hal. p. 173. *Scopol.* Carn. I. p. 409.

La-

Lamium Galeobd. Crantz. Austr. p. 262. *Hoffm.* Germ ed. 1791. p. 206.

Pollichia Galeobd. Roth. Germ. I. p. 254. III. p. 26.

Galeopsis Galeobdolon L. spec. pl. 2. p. 810. *Leers.* Herb. p. 135.

Perenn. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in nemorosis humidiusculis fere ubique.

Caules palmares et pedales, erecti, simplices, tetragoni, pilosi. *Folia* opposita, petiolata, subcordata, ovata, acuminata, inaequaliter serrata, subpilosa, saepe albo maculata, latitudine varia. *Verticilli* plerumque 6-flori: *bracteis* linearibus acutis pilosis subspinescentibus calyce brevioribus. *Calyx* basi tubulosus: *dentibus* inaequalibus patulis subpungentibus. *Corollae* speciosae, luteae: *galea* fornicata villosa, *lacinia media* fulva lineato - maculata.

Primo intuitu habitus *Lamii.*

267. GALEOPSIS, *Hohlzahn, Kornwuth.*

1) *G. Ladanum*, internodiis caulinis aequalibus, foliis lanceolatis subserratis hirtis, corollae galea emarginata. *Schmalblaettriger Hohlz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 91. *Ejusd.* Enum. p. 614. *Pers.* syn. pl. II. p. 122. *Hoffm.* Germ. II. p. 8. *De Vest* Man. bot. 387. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 160.)
Tetrahit ladanum Moench. Meth. p. 391.
Ann. Flor. Jul. - Augusto.

Hab. ad vias et in agris ubique copiose.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, obtuse quadrangulus, ramosus pubescens: *internodiis* aequali-

li-

libus non incrassatis. *Rami* oppositi, patèntes. *Folia* opposita, in petiolum brevem decurrentia, lineari-lanceolata, pubescentia, lineata, remote serrato-dentata, basin versus integerrima: *superiora* et *ramea* integerrima. *Verticilli* subrotundi, sessiles, densi, multiflori, remoti. *Calyx* brevis, campanulatus, pubescens, canescens: *dentibus* rigidis aristatis calyce ipso longioribus. *Corollae* pallide purpureae, rarius albae: *labio superiori* obtuso concavo villoso obtuse crenato.

2) *G. grandiflora* internodiis caulinis aequalibus, foliis ovato-lanceolatis serratis villosis, corollae galea crenato-incisa. *Großblüthiger Hohlz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 254. III. p. 24. *Spreng.* Hal. p. 171. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 360.)

G. ochroleuca Pers. syn. pl. II. p. 122.

G. villosa Smith. Brit. II. p. 629. *Gmel.* Bad. II. p. 620.

G. dubia Leers Herb. p. 135.

Tetrahit longiflorum Moench. Meth. p. 395.

Ann. Flor. Julio-Augusto.

Hab. cum praecedente passim.

Valde affinis antecedenti, a qua differt: *caule* humiliore magis hirsuto: *internodiis* superne subincrassatis, *foliis* latioribus rugosioribus profundius et copiosius serratis magisque villoso-incanis, *calycibus* duplo fere longioribus tubulosis hirsutissimis: *dentibus* brevioribus lanceolatis spinulosis, et *corollis* multo majoribus rubris *aut* albidis, raro pallide luteis: *tubis* longissimis et *galea* manifeste crenato-incisa.

3) *G. Tetrahit* internodiis caulinis superne nodoso-incrassatis, foliis ovatis acutis serratis, dentibus

lycis spinis longissimis, corollae galea rectiuscula. *Breitblaettriger Hohlz. Nesselhanf, Thannessel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 92. *Ejusd.* Enum. p. 614. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 9. *De Vest* M. b. l. c.)

Tetrahit nodosum. Moench. Meth. l. c.

Ann. Flor. Julio - Augusto.

Hab. in arvis, inter segetes et ad sepes ubique.

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et major, erectus, tetragonus, ramosus, setis decurvis pungentibus undique obsessus: *internodiis* superne gibboso-incrassatis. *Folia* opposita, longe petiolata, ovata, acuminata, serrato-dentata, hirsuta. *Verticilli* densi, multiflori: *superiores* approximati subcontigui. *Calyces* breves, ventricosi, angulosi, hispidi: *dentibus* praelongis aequalibus pungentibus. *Corollæ* purpureae, rarissime albae, pubescentes, calyce duplo majores.

4) *G. cannabina* internodiis caulinis superne incrassatis, foliis lato-ovatis serratis, corollis calyce pungente triplo longioribus, galea ventricosa. *Hanfartiger Hohlz.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 93. *Ejusd.* Enum. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 254. III. p. 25. *De Vest.* Man. b. p. 388.)

G. versicolor Pers. syn. pl. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 630. *Hoffm.* Germ. l. c.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. passim cum praecedente.

Praecedenti simillima, quacum saepissime confunditur. Differt interea: *internodiis* caulinis superne minus incrassatis, *foliis* latioribus pallidioribus pilis mollioribus densius obsessis, *calycibus* tubulosis duplo ma-

majoribus: *dentibus* mucronatis basi dilatatis calyce paulo brevioribus inaequalibus, *corollis* calyce 3-vel 4-plo majoribus plerumque ochroleucis: *lacinia intermedia* labii inferioris amoene violacea, *vel* albidis *aut* purpureo-variis.

Planta in horto sata faciem non mutavit, ideoque a praecedente, quacum eam combinavit *Linnaeus*, separanda.

268. BETONICA, *Betonie.*

1) *B. officinalis* foliis crenatis: imis petiolatis cordatis, caulinis oblongis, spica interrupta. *Offizinelle Bet. Wiesenbetonie.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 93. *Ejusd.* Enum. p. 614. *Pers.* syn. pl. II. p. 122. *Hoffm.* Germ. II. p. 9. *De Vest* Man. bot. p. 382. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 160. *Herb. Blackw.* t. 46. *Knorr.* thes. II. t. B. 4.) *Perenn. Flor. Jun. - Augusto.*

Hab. in nemorosis et pratis sylvaticis ubique copiose.

Caulis pedalis et altior, erectus, tetragonus, simplex, hirsutus. *Folia* cordato-ovata, obtusa, late crenata, rugosa, utrinque hirsuta, scabra: *radicalia* longe petiolata in orbem digesta, *caulina* brevius petiolata opposita, *summa* sessilia angustiora. *Verticilli* densi, multiflori, in spicam terminalem obtusam interruptam dispositi. *Bracteae* ad verticillos ovatae, acuminatae. *Calyces* glabriusculi: *dentibus* setaceis. *Corollae* purpureae, basi albidae, perraro totae albidae, extus villosulae: *galea* integra, *lacinia intermedia* labri inferioris emarginata.

269. Stachys, *Ziest*, *Rosspoley*.

1) *St. sylvatica* verticillis 6-floris, foliis cordatis petiolatis. *Wald-Ziest, Stink-Nessel, Bocks-kraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 97. *Ejusd.* Enum. p. 615. *Pers.* syn. pl. II. p. 123. *Hoffm.* Germ. II. p. 10. *De Vest.* Man. bot. p. 383. *Herb. Blackw.* t. 84.)
Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in nemorosis umbrosis ubique fere.

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et altior, erectus, tetragonus, pilosus simpliciusculus. *Folia* opposita, longe petiolata, magna, cordata, acuminata, crenata, utrinque pilosa, mollia, saturate virentia. *Verticilli* subsessiles, plerumque 6-flori, in spicam terminalem interruptam laxam dispositi. *Calyces* hispidi. *Corollae* villis capitatis extus pubescentes, purpureae: *labio superiore* striis 3 obscurioribus, *inferiore* maculis *aut* punctis albis notato infra gibbo. *Filamenta* basi setulosa.

Planta fragrans, odore foetidissimo hircoso.

2) *St. palustris* verticillis 6-floris, foliis lineari-lanceolatis amplexicaulibus. *Sumpf-Ziest, Sumpf-Andorn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 98. *Ejusd.* Enum. p. 616. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 18. *Herb. Blackw.* t. 273.)
Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. ad ripas, ad fossas et lacus, inque humidis ubique.

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, tetragonus, strictus, fistulosus, simplex, setis deflexis scaber. *Folia* opposita, lineari-lanceolata, acuta, patentia, serrula-

ta,

ta, apicem versus integra, villosa *aut* magis glabriuscula, subtus reticulato-venosa, basi dilatata amplexicaulia: *infima* breviter petiolata, *reliqua* subsessilia. *Verticilli* sessiles, plerumque 5-*aut*-6-flori, in spicam terminalem longam densam basi interruptam et foliosam dispositi. *Calyces* hirsuti. *Corollae* purpureae: *labio inferiore* albo-maculato.

Var. *verticillis* 10-12-floris in spicam densissimam subcontiguam dispositis.

3) *St. germanica* verticillis multifloris, foliis crenatis cauleque lanatis. *Deutscher Ziest, wolliger Bergandorn*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 99. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 11. *Ejusd.* Germ. ed. 1791. t. 10. *De Vest* Man. b. p. 384. *Jacq.* Austr. t. 319.)

Perenn. Flor. Jul.-Augusto.

Hab. in collibus asperis aridis, in versuris, ad sepes et vias hinc inde frequens.

Caulis 2-3-pedalis, interdum altior, erectus, strictus, tetragonus, ramosus, lana alba dense vestitus. *Folia* opposita, petiolata, cordato-lanceolata, venosa, utrinque sericeo-lanata, mollissima, marginibus crenata: *serraturis* imbricatis, *floralia* lanceolata sessilia reflexa. *Verticilli* densissimi, sessiles, multiflori, 40-50 flores continentes, in spicam crassam foliosam inferne interruptam dispositi. *Calyces* pungentes, tomento albo densissimo obducti. *Corollae* pallide-rubrae: *galea* extus villosissima.

4) *St. recta* verticillis 10-floris subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis scabris, caulibus adscendentibus. *Gerader Ziest, Berufkraut, Beschreikraut.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 104. *Ejusd.* Enum. p. 617. *Pers.* syn. pl. p. 124. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 359. *Schkuhr.* b. Handb. t. 361)

Betonica decumbens Moench. Meth. p. 396.

Hab. in saxosis, in collibus graminosis, ad vias et sylvarum margines ubique frequens.

Caules plures, pedales et altiores, erecti, basi decumbentes, tetragoni, articulati, hirsuti, ramosi. *Folia* opposita, sessilia, cordato - elliptica, rugosa, obtuse serrata, villosa: *inferiora* in petiolum brevem desinentia, *suprema* angustiora acuminata. *Verticilli* 6-10 - flori, sessiles, in spicam interruptam dispositi. *Bracteae* subulatae, aristatae, pungentes. *Calyces* hirsuti: *dentibus* subaequalibus spinosis. *Corollae* pallide luteae: *fauce* rubrō - maculata.

Herba amara, ante florescentiam imprimis grate aromatica.

5) *St. annua* verticillis 6 - floris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis laevibus petiolatis, caule erecto. *Einjaehriger Ziest.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 105. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 360.)

Betonica annua Moench. Meth. l. c.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in agris, in vineis, in collibus et ad vias hinc inde frequens.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus totus *aut* basi decumbens, tetragonus, articulatus, glaber, ramosus, laete viridis. *Folia* opposita, ovato - lanceola-

olata, obtusa, a medio ad apicem usque crenata, rugosa, glabra, laete viridia: *inferiora* petiolata plerumque 5-nervia, *superiora* sessilia integra lanceolata acuminata 3-nervia. *Verticilli* plerumque 6-flori, laxi, in spicam interruptam dispositi. *Calyces* villosi. *Corollae* albidae *vel* pallide luteae, calyce duplo longiores: *labio superiori* recurvato, *inferiori* intus punctis purpureis adsperso.

6) *St. arvensis* verticillis 6-floris, foliis cordatis obtusis nudiusculis, corollis longitudine calycis, caule debili. *Acker-Ziest, kleinblüthiger Rosspoley.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 106. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 385.)

Trixago cordifolia Moench. Meth. p. 398.

Ann. Flor. Jun.-Julio.

Hab. in agris, inter segetes. (In agris prope *Kleinrinderfeld, Moos, Giebelstadt* et *Sulzdorf.* Inter segetes circa *Bütthardt, Schlüsselfeld, Sesslach* et *Geldersheim*, alibique rarius.)

Caulis digitalis et palmaris, erectiusculus *vel* decumbens, obtuse quadrangulus, debilis, hirtus, brachiatus. *Folia* opposita, cordata, apice rotundata, obtuse serrata, utrinque hirsuta: *inferiora* petiolata, *superiora* sessilia. *Verticilli* 4-plerumque 6-flori, sessiles, remoti. *Calyces* villosi: *dentibus* aequalibus mucronatis. *Corollae* dilute rubellae, longitudine calycis: *galea* integerrima, *labio* 3-fido: *lacinia centrali* latiore purpurascente punctata.

Var. *caulibus* tenuioribus multo longioribus et *verticillis* 3-floris.

270. BALLOTA, *Ballote*, *Schattenkraut*, *Zahnlose.*

1) *B. nigra* foliis cordatis indivisis serratis, calycibus acuminatis, bracteis plumosis. *Gemeine Ball. schwarzer Andorn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 107. *Ejusd.* Enum. p. 618. *Pers.* syn. pl. II. p. 125. *Hoffm.* Germ. II. p. 11. *De Vest.* Man. b. p. 385. *Schkuhr.* b. Handb. t. 161. *Herb. Blackw.* t. 136.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in ruderatis, ad sepes et muros ubique abunde.

Caules 1-2-pedales et majores, erecti toti *aut* basi modo decumbentes, tetragoni, pilosi, ramosi. *Folia* opposita, petiolata, cordata *vel* ovato-subrotunda, obtusa, aequaliter serrata, rugoso-venosa, villosa: *suprema* ovata acuminata. *Verticilli* breviter pedunculati, axillares, densi, multiflori. *Bracteae* inter flores setaceae, plumosae, calyce duplo breviores. *Calyx* tubulosus, pubescens, 10-costatus, margine infundibiliformis: *dentibus* patentibus brevissime aristatis s. acuminatis. *Corollae* pallide purpurascentes, extus villosae: *lobo centrali* obcordato. *Stamina* villosa: *majora* deflorata saepe ad latera declinata.

2) *B. alba* foliis cordatis indivisis serratis, calycibus subtruncatis, bracteis pilosis. *Weisse Ballote.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 108. *Pers.* syn. pl. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 257. III. p. 34. *Moench.* Meth. p. 398.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in ruderatis, ad sepes. (Inter ruinas

arcis

arcis *Karlsburg* ad *Karlstadt*, ad sepes inter vineas prope *Arnstein*, *Thüngen*, *Retzbach*, *Gossmannsdorf*, *Abb. Heidenfeld*, *Gramschatz* et alibi.)

A praecedente *dentibus calycinis* subtruncatis *aut* obtusiusculis, *bracteis* pilosis et *corollis* albis, quas constantissime semper retinet, solummodo diversa.

271. MARRUBIUM, *Andorn.*

1) *M. vulgare* foliis subrotundo-ovatis rugoso-venosis, dentibus calycinis alterne minoribus uncinatis. *Gemeiner And. weisser And. weisser Dorant, Hülfskraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 111. *Ejusd.* Enum. p. 618. *Pers.* syn. pl. II. p. 125. *Hoffm.* Germ. II. p. 12. *De Vest* Man. b. p. 381. *Herb. Blackw.* t. 479.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias et sepes ubique.

Caulis sesquipedalis et altior, erectus, tetragonus, dense lanatus, albidus, parum ramosus. *Folia* opposita, in petiolum decurrentia, subrotundo-ovata, crenata, rugosa, utrinque villosa. *Verticilli* sessiles, densi, multiflori, villosissimi: *bracteis* multis setaceis aristatis aduncis hirsutis. *Calyx* sulcatus: *dentibus* 10 rigidis setaceis uncinatis, alternis minoribus. *Corollae* albae, extus villosae.

Herba aromatica, amara.

272. LEONURUS, *Löwenschwanz*, *Wolfstrapp.*

1) *L. Cardiaca* foliis cuneiformi-ovatis trilobis inte-

integrisve dentatis. *Gemeiner Löwenschw. Herzgespann.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 114. *Ejusd.* Enum. p. 619. *Pers.* syn. pl. II. p. 126. *Hoffm.* Germ. II. p. 12. *De Vest* Man. b. p. 382. *Sturm.* D. Flor. I. 9. *Schkuhr.* b. Handb. t. 162. *Herb. Blackw.* t. 171.)

Cardiaca vulgaris Moench Meth. p. 401. *Bernh.* Erf. p. 80.

Perenn. Flor. Jul. - Augusto.

Hab. in ruderatis, ad sepes et circa pagos fere ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, strictus, tetragonus, scabriusculus, ramosus, *inferne* plerumque purpurascens. *Folia* opposita, petiolata, patentia, pubescentia, subtus venosa: *inferiora* cordato - ovata triloba: *lobo intermedio* tripartito, *lateralibus* majoribus bipartitis, *superiora* cuneiformi - ovata acuminata angustiora dentata triloba et integra. *Verticilli* sessiles, densi, multiflori: *bracteis* plurimis brevibus subulatis. *Calyx* rigidus, glaber, patens: *dentibus* pungentibus. *Corollae* calyce duplo majores, purpurascentes *aut* albidae, extus villosissimae. *Antherae* punctis albis nitidis prominentibus adspersae.

Herba amarissima.

273. Clinopodium, *Weichborste, Wirbeldoste.*

1) *Cl. vulgare* foliis obtusis crenatis, capitulis verticillatis, bracteis setaceis hispidis. *Gemeine Weichb. Wild - Dost.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 131. *Ejusd.* Enum. p.

p. 622. *Pers.* syn. pl. II. p. 128. *Hoffm.* Germ. II. p. 13. *Schkuhr.* b. Handb. t. 163.)

Thymus Clinopodium De Vest. Man. bot. p. 377.

Th. sylvaticus Bernh. Erf. p. 77.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad sylvarum margines, ad sepes et vias ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, basi plerumque incurvus, obtuse quadrangulus, pilosus, subramosus. *Folia* opposita, petiolata, ovata, obtusa, obsolete crenata, nervosa, utrinque villosa. *Verticilli* pauci, terminales et axillares, multiflori, densissimi, pilosi, subrotundi, *bracteis* plurimis angustissimis et maxime pilosis basi involucrati. *Calyx* hirsutus, 2-labiatus, basi ventricosus, collo contractus: *dentibus* aristatis ciliatis. *Corollae* pallide purpurascentes, non raro etiam albidae, extus laeviter pubescentes, calyce duplo longiores. *Stamina* in arcum curvata. *Antherae* candidae, ante anthesin cruciatim conniventes.

Herba ante anthesin praecipue grate aromatica.

274. ORIGANUM, *Dosten.*

1) *O. vulgare* foliis ovatis obtusis petiolatis, spicis subrotundis paniculatis conglomeratis glabris, bracteis ovatis calyce longioribus. *Gemeiner Dost. wilder Majoran, Wohlgemuth, Orant.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 135. *Ejusd.* Enum. p. 622. *Pers.* syn. pl. II. p. 129. *Hoffm.* Germ. II. p. 13. *De Vest* Man. bot. p. 378. *Sturm.* D. Fl. I. 3. *Herb. Blackw.* t. 280.)

Perenn. Flor. Jul. - Septembri.

Ha-

Hab. in montosis, in sylvaticis, ad sepes et vias ubique.

Caules palmares et pedales, erecti, tetragoni, villosi, saepe purpurascentes, *superne* paniculati. *Folia* opposita, patentia, petiolata, ovata, obtusa, obsolete dentata, saepe integra, venosa, ciliata, utrinque pubescentia. *Spicae* terminales, sessiles, erectae, ovatae, congestae, corymbosae, multiflorae. *Bractea* sub quovis flore ovata, plana, glabra, purpurea, calycem superans. *Calyx* parvus, pubescens, apice purpurascens: *dentibus* 5 fere aequalibus. *Corollae* dilute rubentes, quandoque albidae.

Herba suaveolens, aromatica, amara.

275. Thymus, *Thymian.*

1) *Th. Calamintha* foliis ovatis obtusis serratis utrinque hirsutis, verticillis pedunculatis multifloris dichotomis, villis calycinis inclusis, caule hirto. *Berg-Thym. Bergmünze, Bergmelisse, Calaminthe.*

(*Willd.* Enum. p. 624. *Hoffm.* Germ. II. p. 15. *Smith.* Brit. II. p. 641. *Scopol.* Carn. I. p. 425.)

Melissa Calamintha L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 147. *Pers.* syn. pl. II. p. 132. *Roth.* Germ. III. p. 47. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 212. *De Vest* Man. bot. p. 376. *Wib.* Werth. p. 137.

Calamintha officinalis Moench. Meth. p. 409. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p. 378.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in montosis saxosis. (In montis *Kalbenstein* parte meridionali prope *Karsbach* specimina pauca legi.)

Cau-

Caules plures, pedales, et majores, decumbentes *aut* erecti, basi incurvi, tetragoni, ramosi, hirsuti. *Folia* opposita, petiolata, patentia, ovata, obtusa, rariter argute serrata, venosa, punctata, utrinque hirsuta, subtus pallidiora. *Pedunculi* axillares, oppositi, multiflori, dichotomi, hirsuti, folia plerumque adaequantia. *Bracteae* setaceae, ciliatae, ad basin pedicellorum oppositae. *Calyces* tubulati, sulcati, pubescentes, inferne ventricosi: *dentibus* ciliatis inaequalibus, *duobus* reliquis longioribus; *fructiferi* pilis clausi. *Corollae* calyce duplo majores, purpureo-violaceae.

Herba fragrans, grate aromatica.

2) *Th. Acinos* verticillis 6-floris, pedunculis simplicibus, caule adscendente ramoso, foliis oblongis acutis serratis, calyce basi gibboso. *Basilienartiger Thym. blauer Bergthymian, Bergbasilienkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 142. *Ejusd.* Enum. p. 625. *Hoffm.* Germ. II. p. 14. *De Vest.* Man. bot. p. 377.)

Acynos vulgaris Pers. syn. pl. II. p. 131.

A. thymoides Moench. Meth. p. 407.

Ann. Flor. Jul. - Augusto.

Hab. in montosis aridis, in collibus siccis et juxta vias siccas ubique.

Caules e radice parva fibrosa plures, digitales *aut* palmares, erecti toti *aut* basi decumbentes, tetragoni hirsuti, ramosi. *Folia* opposita, breviter petiolata, ovato-oblonga, acuta, a medio ad apicem serrata, subrevoluta, scabriuscula. *Flores* pedunculati, nutantes, in *verticillos* axillares plerumque 6-floros dispositi. *Bracteae* ad pedunculorum basin minimae, subulatae. *Calyx* striatus, hirsutus, *inferne* ventricosus, *superne* con-

contractus. *Corollae* coeruleae *aut* ex violaceo dilute purpureae: *fauce* albida villosiuscula. *Stamina* curvata: *antheris* conniventibus.

Variationem *caulibus* multo altioribus crassioribus totis erectis, *foliis* latioribus longioribusque et *floribus* majoribus albis inter *Kleinochsenfurth* et *Erlach* legit *dil. Frater A. H.*

Herba odorata, subaromatica.

3) *Th. vulgaris* floribus verticillato-spicatis, foliis ovatis revolutis, caule erecto. *Gemeiner Thym. Gartenthymian, Hühnerkraut, roemischer Quendel, Bienenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 139. *Ejusd.* Enum. p. 624. *Pers.* syn. pl. p. 130. *De Vest* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t 211.)

Suffrutex. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in Europa australi. (In hortis et vineis nostris cultus passim quasi sponte provenit.)

Caulis digitalis et palmaris, erectus, ramosissimus, lignosus. *Folia* parva opposita, breviter petiolata, ovali-oblonga, obtusa, margine deflexa, integra, *supra* punctulata, *subtus* pallida. *Flores* terminales, spicato-verticillati. *Calyces* villosi. *Corollae* pallide rubellae *aut* albidae.

Planta aromatica, fragrans.

4) *Th. Serpyllum* floribus capitatis, caulibus decumbentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. *Wilder Thym. Feldthym. Feld-Poley, Quendel, Zitronenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 138. *Ejusd.* Enum. p. 623. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 14. *De Vest.* Man. bot. p. 376. *Sturm.* D. Fl. I. 5. *Herb. Blackw.* t. 418.)

Perenn. Flor. Junio - Septembri.

Ha-

Hab. ad vias et in collibus aridis ubique frequens.

Caules digitales et palmares, decumbentes, radicantes, pubescentes, ramosi, plerumque rubelli: *floriferi* erecti. *Folia* opposita, breviter petiolata, elliptica s. ovata, obtusa, plana, punctata, integerrima, versus basin ciliata, mox glabra, mox undique villosa. *Flores* pedunculati, verticillati, in capitulum terminale densum multiflorum breve et obtusum dispositi. *Calyces* parvi, striati, ciliati, purpurei *aut* saturate virides. *Corollae* purpureae *aut* dilute rubellae, quandoque albidae. *Stamina* divaricata, corolla minora. *Stylus* exsertus.

Variat *caulibus* longioribus erectis simplicibus, *foliis* multo minoribus et longioribus latioribus obsolete dentatis villosissimis odorem citrinum spargentibus, *corollis* majoribus, atque *staminibus* corolla longioribus.

Herba odoratissima, grate aromatica, amariuscula.

276. MELISSA, *Melisse.*

1) *M. officinalis* verticillis pedunculatis secundis, foliis ovatis serratis. *Gemeine Mel. Gartenmelisse, Zitronenmelisse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 146. *Ejusd.* Enum. p. 626. *Pers.* syn. pl. II. p. 132. *Hoffm.* Germ. II. p. 15. *De Vest* Man. bot. p. 375. *Sturm.* D. Fl. I. 11. *Herb. Blackw.* t. 27.)

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in hortis frequens, inque vineis passim.

Caules plures, pedales et sesquipedales, erecti, tetragoni, articulati, laeviter pubescentes, ramosi: *ramis*

mis copiosis oppositis diffusis. *Folia* opposita, petiolata, patentia, subcordato-ovata, acuta, serrata, rugosa, subpubescentia. *Verticilli* breves, axillares, pedunculati, dimidiati: *pedicellis* simplicibus 1-floris. *Bracteae* setaceae, pilosae, pedicellatae, integerrimae, calyce breviores. *Calyces* subcampanulati, bilabiati, arido-scariosi, angulosi, villosi. *Corollae* albae. *Stigma* bifidum.

Planta leniter aromatica, odore fere citrato.

277. Dracocephalum, *Drachenkopf.*

1) *Dr. Ruyschyana* foliis bracteisque lanceolatis indivisis muticis, floribus spicatis. *Schwedischer Drachenk.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 153. *Ejusd.* Enum. p. 627. *Pers.* syn. pl. II. p. 133. *Hoffm.* Germ. II. p. 16.)

Zornia linearifolia Moench. Meth. supplem. p. 139.

Perenn. Flor. Julio-Augusto.

Hab. in pratis, in sylvaticis. (Auf *der grettstadter Wiese*, et *im rheinfelder Walde* passim sec. *cl. D. Voit.*)

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, tetragonus, glaber, ramosus. *Folia* opposita, breviter petiolata, lanceolata, obtusa, glabra, integerrima, subtus nervis prominulis praedita. *Flores* magni, coerulei, speciosi, inodori, in *spicam terminalem* interruptam dispositi.

278. Melittis, *Immenblatt.*

1) *M. Melissophyllum* foliis ovatis aequaliter ser-

ratis, calyce trifido. *Melissenblaettriges Immenbl. Bastard-Melisse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 157. *Ejusd.* Enum. p. 628. *Pers.* syn. pl. II. p. 132. *Hoffm.* Germ. II. p. 16. *De Vest.* Man. bot. p. 389. *Jacq.* Austr. t. 26. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 166.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis. (In *sylva gramschatzensi* legit. *cl. D. Lehmann.*)

Caulis palmaris et pedalis, erectus, tetragonus, hirsutus, simplex. *Folia* opposita, longe petiolata, ovata *aut* cordata, obtuse serrata, laete viridia, utrinque pilosa rugosa. *Flores* axillares, secundi, in verticillis paucifloris: *pedunculis* hirsutis petiolis multo brevioribus. *Calyx* campanulatus, pubescens, corollae tubo amplior, subcoloratus, trifidus: *lobo superiori* impari longiore. *Corollae* speciosae, calyce duplo longiores, albidae: *lacinia media* plerumque rubella *aut* purpurea.

Planta ante florescentiam praecipue leniter atque grate aromatica.

279. Scutellaria, *Helmkraut, Schildkraut.*

1) *Sc. galericulata* foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. *Gemeines Helmkr. Fieberkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 173. *Ejusd.* Enum. p. 631. *Pers.* syn. pl. II. p. 136. *Hoffm.* Germ. II. p. 16. *De Vest* Man. bot. p. 389. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 167. *Herb. Blackw.* t. 516.)

Cassida galericulata Scop. Carn. I. p. 430. *Moench.* Meth. p. 413.

Perenn. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in humidis, ad fossas, ad lacus. (In *fossa oppidana* et ad ripas circa *Abb. Heidenfeld* copiose, alibique.)

Caulis palmaris et pedalis, erectus, acute quadrangulus, glabriusculus, in medio ramosus. *Folia* opposita, petiolata, patentia, cordato - lanceolata, obtusiuscula, ad apicem fere aequaliter crenata, rugosa, glabra. *Flores* in quavis axilla plerumque gemini, rarius terni *aut* quaterni, pedunculati, secundi, recurvi. *Calyx* glabriusculus, emarginatus, supra squama fornicata munitus, eaque demum operculatus clausus. *Corollae* coeruleae: *labio inferiore* et *fauce* ex albo maculatis, *tubo* brevi reflexo.

2) *Sc. hastifolia* foliis integris: inferioribus hastatis, superioribus sagittatis. *Spiessblaettriges Helmkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 17. *De Vest* Man. bot. p. 390.)

Cassida hastifolia Scop. Carn. l. c,

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in paludosis umbrosis. (In *sylvae brombergensis* parte septentrionali, ad ripas *Salae* dumetosas versus *Gemünden* et in sylva *Anspach* prope *Abb. Heidenfeld* raro.)

Maxime affinis antecedenti, a qua differt: *caulibus* humilioribus basi decumbentibus, *foliis inferioribus* hastato - ovatis acutiusculis basi dentibus aliquot in-

instructis, coeterum integerrimis, *superioribus* sagittato-lanceolatis obtusiusculis integerrimis, et *floribus* paulo majoribus.

3) *Sc. minor* foliis cordato-ovatis subintegerrimis, floribus axillaribus solitariis. *Kleines Helmkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 389.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in paludosis. (Ad lacum *fossae oppidanae* pone *der Bronnenstube,* in salicetis am *Altwasser* circa *Abb. Heidenfeld* et in *den Lacken* ibidem specimina perpauca legi.)

Caulis digitalis *aut* sesquidigitalis, erectus, debilis, fere filiformis, tetragonus, pubescens, basi ramosus. *Folia* quam in 2 antecedentibus multo minora ac minus rugosa, opposita, breviter petiolata, pubescentia, (in speciminibus meis) integerrima: *inferiora* cordato-ovata obtusissima, *media* cordato-lanceolata obtusa, *superiora* ovali-lanceolata acutiuscula. *Pedunculi* solitarii, axillares, tenuissimi, ad latus recurvi. *Corollae* dimidio fere minores, ut in prioribus, coerulescente-rubellae, extus pilosae. *Antherae* semibifidae.

280. PRUNELLA, *Braunelle, Braunheil.*

1) *Pr. vulgaris* calycis labio superiori truncato triaristato, corollis calyce duplo majoribus. *Gemeine Braun.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 176. *Ejusd.* Enum. p. 631. *Pers.* syn. pl. II. p. 137. *Hoffm.* Germ. II. p. 17. *De Vest* Man. bot. p. 288. *Sturm.* D. Flor. I. 5. *Herb. Blackw.* t. 24.)

Perenn. Flor. Jun. - Augusto.

Hab. in pratis, in pascuis et ad vias ubique frequens.

Caulis digitalis *aut* palmaris, adscendens, tetragonus, pilis erectis hirsutus, plus minusve ramosus. *Folia* opposita, petiolata, ovali - oblonga, obtusiuscula, basi dentata, trinervia, utrinque hirsuta. *Spicae* terminales, solitariae, breves, ovato - oblongae, obtusae, densae, basi diphyllae. *Bracteae* subrotundae, integrae, venosae, hirsutae, coloratae. *Calycis labium superius* dilatatum, truncatum, brevissime 3 - aristatum, *inferius* 2 - fidum. *Corollae* calyce duplo majores, coeruleo - violaceae, rarius incarnatae. *Antherae* in apice breviore filamentorum sessiles.

2) *Pr. grandiflora* calycis labio superiori trifido, corollis calyce quadruplo majoribus. *Grossblüthige Braun.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 177. *Ejusd.* Enum. p. 632. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* bot. H. t. 168. *Jacq.* Austr. t. 377.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in asperis saxosis, in collibus et ad vias ubique frequens.

Differt a praecedente: *caulibus* minoribus simpliciusculis, *foliis* majoribus viridioribus vix dentatis, *spicis* paulo brevioribus exacte ovatis, *calycis labio superiori* profunde 3 - lobo, *corollis* speciosioribus calyce 4 - plo fere majoribus et *antheris* in longiore filamenti apice sessilibus.

Variat nonnunquam *foliis* laciniatis.

ANGIOSPERMIA.

281. Rhinanthus, *Hahnenkamm, Klappertopf.*

1) *Rh. Crista galli* calycibus glabris, bracteis subrotundis serrato-dentatis concavis, foliis ovato-lanceolatis serratis. *Gemeiner Hahnenk. Wiesenglitsch.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 188. *Ejusd.* Enum. p. 635. *Pers.* syn. pl. II. p. 151. *Hoffm.* Germ. II. p. 18. *De Vest* Man. bot. p. 397. *Schkuhr.* bot. H. t. 169.)

Alectorolophus glaber Moench. Meth. p. 440.

Mimulus Crista galli Scopol. Carniol. I. p. 434.

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in pratis siccioribus, in pomariis, in agris atque sylvaticis ubique.

Caulis palmaris et pedalis, erectus, obtuse tetragonus, glaber, ramosus *vel* simpliciusculus. *Folia* opposita, sessilia, ovato-*vel* cordato-lanceolata, obtusa, serrata, subpubescentia, subtus tuberculosa: *floralia* (potius *bracteae*) sub-3-angularia acuminata acute serrata aristata basi colorata. *Flores* breviter pedunculati ex alis foliorum superioribus. *Calyx* magnus, inflatus, compressus, nervosus, reticulatus, nitidus, glaber: *ore* 4-dentato contracto. *Corolla* calyce sublongior, lutea: *labio superiore* compresso, *auriculis* 2-fidis amoene coeruleis. *Capsula* scariosa.

Mera hujus variatio est *Rhin. major Ehrh.*

2) *Rh. villosus* calycibus villosis, bracteis concavis ovato-serratis, foliis lanceolatis serratis. *Zottiger Hahnenk. Ackerglitsch.*

(*Pers.*

(*Pers.* syn. pl. II. p. 151.)

Rh. Crista galli δ L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 189. *Hoffm.* Germ. p. 19.

Rh. Alectorolophus Roth. Germ. I. p. 264. III. p. 53. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 215. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 384. *Gmel.* Bad. II. p. 668.

Alectorolophus hirsutus Moench. Meth. p. 440.

Mimulus Alectorolophus Scopol. Carn. I. p. 435.

Ann. Flor. Majo - Augusto.

Hab. inter segetes et in pratis humidioribus ubique.

Ab antecedente, cui valde affinis: *caulibus* subhirsutis semper altioribus, *foliis* longioribus et latioribus, *calycibus* semper villosis et *corollis* calyce duplo fere longioribus: *auriculis* galeae coeruleis truncatis constanter differt.

Planta per 4 annos ex seminibus culta differentias hasce constantissime retinuit, et potius igitur speciem propriam constituit, quam antecedentis variationem, quod etiam *Viri celeberr. Moench. Scopol.* et *Gmelinus* l. c. sufficienter attestantur.

In locis montosis lapidosis occurrit variatio: *caulibus* altioribus tenuioribus ramosioribus totis fere glabris, *foliis* perangustis, *bracteis* longius aristatis, *calycibus* et *corollis* minoribus *Rh. angustifolia Gmel.* Bad. II. p. 669. quam in *Rh. villosum* demum mutatam observare mihi contigit.

282. EUPHRASIA, *Augentrost.*

1) *E. officinalis* foliis ovatis lineatis dentatis, laciniis labii inferioris emarginatis. *Weisser Augentr.*

(L.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 193. *Ejusd.* Enum. p. 635. *Pers.* syn. pl. II. p. 149. *Hoffm.* Germ. II. p. 19. *De Vest.* Man. bot. p. 396. *Schkuhr.* bot. H. t. 169. *Sturm.* D. Flor. I. 3. *Herb. Blackw.* t. 427.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, inque nemorosis graminosis ubique.

Caulis digitalis, interdum palmaris, erectus, subhirsutus, dichotomus: *ramis* oppositis erectis subfastigiatis. *Folia* opposita, sessilia, subamplexicaulia, ovata, acuta, sulcata, dentata: *dentibus* acutissimis. *Flores* axillares, solitarii, subsessiles. *Corollae* pulchrae, albae, intus lineis rubris et macula flava notatae. *Stamina* intra galeam.

Var. *caule* altiori ramosissimo et interdum simplici multo humiliori, *foliis* magis acuminatis, *corollis* violaceo - purpurascentibus et totis flavis.

2) *E. Odontites* foliis lineari-lanceolatis serratis, laciniis labii inferioris integris. *Rother Augentr. Zahntrost.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 194. *Ejusd.* Enum. p. 636. *Pers.* syn. pl. p. 150. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* b H. t. 169.)

Odontides vulgaris Moench. Meth. p. 439. *Bernh.* Erf. p. 69.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. inter segetes, in pascuis, ad vias et in nemorosis ubique abunde.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, tetragonus, retrorsum pilosus, ramosissimus. *Folia* opposita, sessilia, lineari-lanceolata, acuminata, serrata, venosa, reflexa, retrorsum scabra: *summa* angustiora minora in-

integriuscula. *Flores* breviter pedunculati, solitarii, axillares, spicati. *Spicae* terminales, elongatae, secundae, apice subnutantes. *Calyces* striati, subpubescentes, plerumque purpurascentes. *Corollae* purpureae. *Stamina* ultra galeam prominentia. *Antherae* basi barbatae, apice spinosae.

Var. quandoque *corollis* albis.

3) E. *lutea* foliis linearibus serratis: superioribus integerrimis, laciniis lateralibus labii inferioris denticulatis. *Gelber Augentr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 135. *Pers.* syn. pl. p. 149. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 398.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis siccis, in vineis apricis. (In pinetis inter *Arnshaussen* et *Poppenhaussen* non procul a via, quae ducit versus *Kissingen* haud frequens. In nemorosis et sterilibus circa *Thüngen* versus *der Kapelle* et *dem blauen Thurm* passim. In siccissimis et lapidosis prope der *Karlsburg* ad *Karlsstadt, Mühlhaussen, Gemünden, Zwing* et *Sachsenheim.* In vineis montosis infra *Veitshoechheim* atque in monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg.* In vineis etiam *im Teufelskeller, in der Rheden,* et *auf dem Kapellenberge* exemplaria quaedam legi. In arenosis saxosis prope *der Vogelsburg* ad *Volkach,* in sterilibus circa *Geroldshofen,* alibique rarius.)

Caulis palmaris et pedalis, interdum digitalis, erectus, obtuse tetragonus, scabriusculus, ramosus. *Folia* opposita, sessilia, angusta, linearia, margine subrevoluta scabra rariter serrata: *suprema* alterna plerumque integerrima. *Flores* breviter pedunculati, terminales, axillares, secundi, spicati. *Calyces* infundibiliformes,

4 - fi-

4-fidi. *Corollae* luteae, extus villosae. *Filamenta* calyce duplo longiora, rubella: *antheris* imberbibus superne bisetis.

283, MELAMPYRUM, *Kuhweizen*, *Wachtelweizen*.

1) *M. cristatum* spicis quadrangularibus, bracteis coloratis cordatis imbricatis compactis denticulatis. *Kammfoermiger Kuhw. Gemeine Fleischblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 197. *Pers.* syn. pl. II. p. 151. *Hoffm.* Germ. II. p. 20. *De Vest* Man. b. p. 394.)

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in pratis asperis sylvaticis, in nemorosis. (In locis asperis et collibus graminosis in der *Waldskugel*, prope *Randersacker*, *Eivelstadt*, *Frickenhaussen*, *Aub* et *Giebelstadt*. In nemorosis prope *Versbach, Dürrbach*, *Gerbrunn*, inter *Kleinochsenfurth* et *Erlach*, circa *Abb. Heidenfeld* copiose, alibique.)

Caulis palmaris et altior, erectus, tetragonus, scabriusculus, ramosus. *Folia* opposita, sessilia, lineari-lanceolata, obtusiuscula, integra, scabra, deflexa. *Spicae* terminales, solitariae, breves, densae, multiflorae, 4-angulares. *Bracteae* ovatae, carinatae, imbricatae, pectinato-dentatae: *supremae* e violaceo-purpureo pulcherrime coloratae. *Calyces* glabri, bracteis breviores: *laciniis* setaceis. *Corollae* clausae, purpurascentes: *palato* fulvo, saepe etiam flavae.

Variationum: *bracteis* dilute purpureis et albis in sylva *Waldskugel* plurima inveni specimina.

2) *M. arvense* spicis conicis laxis, bracteis colora-

ra-

ratis lanceolatis pinnato-dentatis. *Acker-Kuhw. Mohrenweizen, braune Fleischblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 198. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 395.)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. inter segetes et in arvis copiose.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, tetragonus, ramosus, scabriusculus. *Folia* opposita alternave, sessilia, lineari-lanceolata, acuminata, integra, scabriuscula: *suprema* basi dentata. *Spicae* terminales, formosae, longae, laxae, multiflorae. *Bracteae* lanceolatae s. magis ovatae, dentato-pinnatifidae, imbricatae, erectae, patentes, striatae, pulcherrime sanquineo-rubrae. *Calyces* rubelli: *laciniis* setaceis scabris. *Corollae* clausae: *tubo incurvo* et *galea* sanquineo-rubris, *maculis* luteis.

3) *M. nemorosum* floribus secundis lateralibus, bracteis dentatis cordato lanceolatis: summis coloratis sterilibus, calycibus lanatis. *Hain-Kuhw. blauer Wachtelw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c.)

M. violaceum Moench. Meth. p. 440.

M. sylvaticum Scopol. Carn. I. p. 438.

Ann. Flor. Julio - Augusto.

Hab. in nemorosis. (In umbrosis *des Steigerwaldes* prope *Michelau* et versus *Ebrach* hinc inde. In *monte rhoenano Gangolfsberg* et alibi frequens. In densissimis *des bromberger Waldes* et *im bildsteiner Gehege* in *regione Hilterana* raro. Copiosissime cum pluribus variationibus in nemorosis circa *Grossenlangheim.*)

Cau-

Caulis pedalis et altior, erectus, obtuse quadrangulus, pilosiusculus, ramosus. *Folia* opposita, subsessilia, ovato-lanceolata, integerrima, pubescentia. *Flores* brevissime pedunculati, solitarii, axillares, secundi. *Bracteae* cordato-lanceolatae, a basi ad medium dentatae: *summae* pulcherrime coeruleo-violaceae steriles. *Calyces* lana longa obducti: *laciniis* nudis. *Corallae* hiantes, purpurascentes *vel* flavae: *tubo* purpurascente.

Planta ob varium *bractearum sterilium* colorem elegantissima, mox enim violaceae *aut* coeruleae, mox albae *aut* luteae sunt.

4) *M. pratense* floribus secundis lateralibus remotis, foliis lanceolatis: floralibus hastatis, corollis clausis. *Wiesen-Kuhw. gelber Wachtelw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 199. *Ejusd.* Enum. p. 636. *Hoffm.* Germ. p. 21. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 170.)

M. vulgatum *Pers.* syn. pl. l. c.

Ann. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in nemoribus et in sylvis passim frequens.

Caulis palmaris et major, erectus, obsolete tetragonus, glabriusculus, ramosus: *ramis* patentibus 2-sulcatis. *Folia* opposita, sessilia, oblongo-lanceolata, laeviter pubescentia, integra *aut* dente uno alterove praedita: *summa* (aut *bracteae incoloratae*) minora reflexa, basi pinnatifida. *Flores* subsessiles, axillares subgemini, secundi. *Calyces* obtuse tetragoni: *laciniis* linearibus elongatis. *Corollae* clausae, flavae: *tubo* longo albido. *Filamenta* glanduloso-denticulata.

5) *M. sylvaticum* floribus secundis lateralibus re-

remotis, foliis omnibus lanceolatis, corollis hiantibus. *Wald-Kuhw. Alpen-Wachtelw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 9.)

M. alpestre Pers. syn. pl. l. c.

Ann. Flor. Jun.-Augusto.

Hab. in sylvis et ad eorum margines. (In sylva et juxta *Gramschatz, in der Waldskugel*, et ad ejus margines passim non infrequens. In *sylva guttenbergica.* In nemorosis ad *Veitshoechheim, Kitzingen, Grossenlangheim,* et circa *Abb. Heidenfeld.* Im *Huck* prope *Wipfeld.* In nemorosis versus *Theilheim,* inter *Kleinochsenfurth* et *Erlach*, prope *Gerbrunn, Arnstein*, *Büchold*, alibique. In variis etiam regionibus *des Steigerwaldes* frequens.)

Differt ab antecedente, cui affine: *caulibus* scabriusculis minus ramosis *inferne* teretibus *superne* cum *ramis* obsolete tetragonis, *foliis* petiolatis paulo angustioribus: *omnibus* lanceolatis ac integerrimis, basi interdum *dente* uno alterove notatis, *laciniis calycinis* brevioribus lanceolatis obtusiusculis, *corollis* dimidio fere brevioribus hiantibus totis luteis: *tubo* albo.

284. Pedicularis, *Läusekraut.*

1) *P. palustris* caule ramoso, calyce 2-labiato fimbriato crispo calloso-punctato, galea utrinque dentata. *Sumpf-Läusekr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 202 *Ejusd.* Enum. p. 636. *Pers.* syn. pl. II. p. 152. *Hoffm.* Germ. II. p. 22. *De Vest* Man. bot. p. 398. *Schkuhr.* b. H. t. 171.)

Ann.

Ann. Flor. Majo - Julio.

Hab. in paludosis. (In humidis *fossae oppidanae* inter *dem neuen* et *pleichacher Thore* raro. Copiose in palude pone pagum *Gramschatz.* In paludosis prope *Abb. Schwarzach* et *Schwarzenau.* In graminosis humidis prope *den erlacher Seen.* In paludosis inque pratis humidis circa *Abb. Heidenfeld*, prope *Dechfeld*, *Grossenlangheim*, *Mainsontheim* et alibi saepe frequens.)

Caulis palmaris et pedalis, erectus, subangulatus, glabriusculus, e fusco rubellus *vel* viridis: *ramis* alternis. *Folia* sparsa, subsessilia, lanceolata, obtusa, glabra, pinnatifida: *laciniis* oblongo - linearibus crenato - dentatis , *exterioribus* crenatis sensim minoribus *Flores* speciosi, axillares, oppositi, breviter pedunculati, spicato - racemosi *Calyx* ovatus, subrugosus, 2 - labiatus, cristatus, *inferne* viridis, *superne* processibus foliaceis crispis purpurascentibus obsitus: *fructiferus* inflatus. *Corollae* purpureae : *tubo* compresso albido, *labio superiori* striato fornicato obtuso emarginato lateribus utrinque 2 - denticulato, *inferiori* 3 - lobo: *lobis* rotundatis ciliatis. *Filamenta* pilosa.

Planta acris, suspecta, pecoribus praecipue valde nociva.

2) *P. sylvatica* caule subsimplici, calycibus inaequaliter 5 - dentatis glabris, galea utrinque edentata. *Wald - Läusekr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 203. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 171. *Sturm.* D. Fl. I. 13.

Ann. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in paludosis, in nemorosis grami-

ne-

nosis humidis. (In paludibus ad *Dettelbach*, *Schwarzenau* et *Grossenlangheim*. In palude sic dicto *Moos* prope *Hassfurth*. Ad lacus inque palustribus circa *Abb. Heidenfeld* e. gr. ad ripas *des grossen oberen Sees*, iu paludosis *campi marbaccensis*, in den *Lacken* atque in humidis sylvae *Anspach* non procul inde, ubi *Impatiens noli tangere* copiose provenit. Ad sylvarum margines prope *Wüstenzell*, *Holzkirchenschoembach*, *Neubrunn* et ad ripas sylvaticas non procul a *Gemünden*, versus *Wolfsmünster*, in paludosis et humidis prope *Graefendorf*, *Lohr* etc. Etiam ad *lacum frickenhusianum* prope *Wechterswinkel*, auf dem *Klaushügel* prope *Kissingen*, juxta *Cascatam* ibidem, in paludosis prope *Bremig*, et in locis demissioribus humentibus *der Waldskugel* anno praeterito specimina plura legi.)

Similis praecedenti, sed differt: *caulibus* e radice pluribus, raro solitariis, humilioribus simpliciusculis, interdum basi ramosis, procumbentibus *aut* adscendentibus: *centrali* plerumque erecto, *foliis* angustioribus: *laciniis* subrotundis, *calycibus* oblongis uno latere saepe rumpentibus non 2-labiatis, sed inaequaliter 5-dentatis: *dente superiore* lanceolato acuto, *reliquis* oblongis obtusis apice acute dentatis.

Corollae uti in praecedente purpureae: *tubo* compresso albido.

Planta recens acris atque nociva.

285. LINARIA, *Leinkraut.*

1) *L. Elatine* foliis alternis hastatis integerrimis, caule procumbente. *Liegendes Leinkr. Erdwinde.*

(*Spreng.* Hal. p. 178. *Mill.* Dict. n. 16.)

An-

Antirrhinum Elatine L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 234. *Pers.* syn. pl. II. p. 155. *Hoffm.* Germ. II. p. 25. *De Vest* Man. bot. p. 402. *Herb. Blackw.* t. 170.

Elatine hastata Moench. Meth. p. 524.

Cymbalaria Elatine G. M. Sch. Flor. der Wetter. II. p. 398.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in arvis, in agris requietis et in vineis. (In arvis prope *Giebelstadt, Aub, Schlüsselfeld, Sesslach, Rossbrunn, Altertheim, Kirchheim, Giessigheim* etc. In agris requietis inter *Oberpleichfeld, Dippach,* et *Hirschfeld*, prope *Geldersheim, Schnackenwoerth*, auf dem *Galgenberge*, in via versus *Mühlhausen*, prope *Gressthal, Frickenhaussen, Zeutzleben* et alibi In vineis prope *Eivelstadt, Roedelsee, Escherndorf, Volkach, Rimpach,* in *monte kalbensteinensi* prope *Karlenburg* et alibi.)

Caules plures, longi, procumbentes, debiles, subangulosi, ramosi, pilosi. *Folia* petiolata, pilosa, ciliata, integerrima: *inferiora* opposita subrotunda, *superiora* hastata alterna. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, declinati, capillares, glabriusculi, folio multo longiores. *Laciniae calycinae* lanceolatae, pilosae. *Corollae* parvae, lutescentes: *galea* plerumque violacea et *nectariis* elongatis attenuatis acutis recurvis pallidioribus corolla brevioribus.

2) *L. arvensis* foliis linearibus: inferioribus quaternis, calycibus piloso - viscosis, floribus racemosis, caule erecto. *Acker - Leinkr.*

(*Spreng.* Hal. p. 179. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 394.)

L.

L. carnosa Moench. Meth. p. 523.

Antirrhinum arvense L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 244. *Pers.* syn. pl. II. p. 156. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 403.

Ann. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in agris, in arvis, in vineis et ad vias ubique.

Caulis palmaris *aut* pedalis, rarius altior, erectus, scabriusculus, *valde* ramosus: *ramis* alternis, *infimis* plerumque 4-5 verticillatis *Folia* sessilia, lineari-lanceolata, subcarnosa, glabra, integerrima, glauco-viridia: *inferiora* 3-4-5 opposita, *reliqua* alterna oppositaque. *Racemus* terminalis, elongatus, spicatus: *floribus* alternis parvis breviter pedunculatis. *Bractea* sub quovis flore solitaria, parva, lineari-lanceolata, hirsuta, plerumque recurva. *Calyces* piloso-viscidi. *Corollae* dilute purpureae *aut* violaceo-coeruleae: *fauce* albida tumida, *nectario* recurvo longitudine corollae.

3) *L. minor* foliis plerisque alternis lanceolatis obtusis pubescentibus, caule ramosissimo patulo. *Kleines Leinkr.*

(*Willd.* Enum. hort. ber. p. 641. *Spreng.* Hal. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 395.)

L. viscida Moench. Meth. p. 524.

Antirrhinum minus L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 251. *Pers.* syn. pl. p. 157. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in agris et arvis arenosis, inque vineis. (In agris auf dem *Krain*- und *Galgenberge*, prope *Biebelrieth*, *Dettelbach*, *Hürblach*, *Sommerach*,

Tim-

Timbach et *Obervolkach* rarius. In arvis et in agris infra *Veitshoechheim*, prope *Retzbach, Hesslar, Thüngen, Oberschwarzach* et *Schlüsselfeld* hinc inde. In vineis *des oberen Grombühls*, im *mittleren Sand*, in den *Rheden* et *im Teufelskeller* passim. Plura etiam specimina ad muros vinearum *des Kammerberges* prope *Arnstein* legi.)

Caulis digitalis, interdum palmaris et altior, erectus, teres, villoso-viscidus, ramosissimus: *ramis* oppositis alternisque diffusis. *Folia* alterna, sessilia, obverse lanceolata, obtusa, integerrima, pubescentia, saepe villoso-viscida: *infima* opposita. *Pedunculi* axillares, erecti, uniflori, pubescentes, longitudine foliorum. *Calyces* villoso-viscidi: *laciniis inferioribus* brevioribus. *Corollae* parvae, calyces vix excedentes, pallide rubentes: *fauce* villosa lutea, *nectario* brevi recto purpurascente.

4) *L. vulgaris* foliis lanceolato-linearibus confertis glabris, floribus imbricatis, caule erecto spicato. *Gemeines Leinkr. gelber Frauenflachs.*

(*Willd.* Enum. h. b. l. c. *Moench.* Meth. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 396. *Mill.* Dict. n. 1.)

Antirrhinum Linaria L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 253. *Pers.* syn. pl. p. 158. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 404. *Sturm.* D. Fl. I. 18. *Herb. Blackw.* t. 115. *Knorr.* thes. II. t. L. 6.

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. ad vias, ad agrorum et sylvarum margines, in versuris et ruderatis ubique frequens.

Caules e radice repente sublignosa plures, peda-

les, sesquipedales et altiores, erecti, teretes, glabri, *superne* ramosi, foliis dense vestiti. *Folia* sessilia, sparsa, conferta, lineari-lanceolata, acuta, integerrima, glabra, erecto-patentia. *Racemi* terminales, spiciformes, erecti, densi, multiflori: *floribus* breviter pedunculatis imbricatis *Calyces* 5-fidi, corolla 4-plo breviores. *Corollae* magnae, speciosae, luteae: *palato* aurantiaco villoso.

Planta amariuscula, nauseosa, subnarcotica.

Duae hujus variationes notatu dignissimae existunt. Ambae *corollas* habent regulares: *tubo* ventricoso recto, *limbo* 5-fido implicato obtuso clauso et *stamina* 5. Prima *nectariis* gaudet 3-4-5 oppositis tubo supra basin adnatis, altera vero iis caret. Illius descriptionem et delineationem continet *Dan. Rudbergi vermel. Diss. bot. de Peloria in Linn. Amoen. acad. ed. Lugd. bat.* 1749. *p.* 280 *et* 298. Porro mentionem de ea faciunt *Willd. in L. spec. pl. III. p.* 254. *Leers* in *Flor. herb. p.* 144. *Roth. in Fl. german. III. p.* 65. *Houttuyn im Pflanzensyst. T. VIII. p.* 75. *Dieterich im Pflanzensyst. B. II. p.* 793, aliique plures. Alterius notionem atque delineationem dedit *Ill. Gmelinus in Flor. badens. T. II. p.* 695. *t. IV.* Primae specimen inter plantas indigenas exsiccatas Herbarii posthumi *Ill. Antecessoris* reperi. An revera autem spontanea in provincia nostra lecta sit, *aut* casu potius in collectionem hanc plantarum indigenarum venerit, nescio. Ipsemet, licet omnes eas regiones, ubi planta materna abundat, summo studio saepissime peragraverim, eam nunquam inveni et ab aliis etiam in provincia hujate nunquam lecta est.

286.

286. Antirrhinum, *Löwenmaul.*

1) *A. majus* floribus racemosis terminalibus, calycibus brevissimis. *Grosses Löwenm. welsche Löwenblume, Kalbsnase, grosser Orant.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 256. *Ejusd.* Enum. p. 642. *Hoffm.* Germ. II. p. 26. *De Vest.* Man. bot. p. 404. *Moench.* Meth. p. 522. *Knorr.* thes. I. t. L. 12.) *Orontium majus Pers.* syn. pl. II. p. 158.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad muros. (Ad *muros oppidanos* praecipue versus *der Kaserne*, dem *rennweeger* et *neuen Thore*, intra munimenta arcis *Marienburg*, ad muros *monasterii Augustinorum* intra urbem juxta plateam, et in muris plurimorum hortorum intra et circa urbem. Ad muros *fossae oppidanae* oppidi *Karlstadt* et alibi satis frequens.)

Caulis sesquipedalis et 2-pedalis, erectus, simplex, teres, *inferne* glaber, *superne* piloso-viscidus. *Folia* in petiolum brevem decurrentia, lanceolata, obtusa, glabra, integerrima: *inferiora* plerumque opposita, *superiora* alterna *aut* sparsa. *Flores* alterni, erecti, in *racemum* terminalem spicatum densum multiflorum speciosissimum collecti: *pedunculis* pubescentibus subviscidis et *bracteis* majusculis foliaceis. *Laciniae calycinae* brevissimae, ovatae, obtusae, viscidae. *Corollae* maximae, purpurascentes, saepius etiam albidae, basi saccatae: *palato* semper luteo.

Hanc plantam revera *perennem*, et non *biennem* esse, ipse pluries expertus sum. Brevior ejus duratio, uti *Ill. Smithius* annotat, frigore acriori inducitur.

2) *A. Orontium* floribus axillaribus remotis, calycibus digitatis corolla longioribus. *Wildes Loewenmaul, fingerfoermiger Orant, Feld-Orant, Todtenkopfkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 528. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 405. *Moench.* Meth. l. c. *Sturm* D. Fl. I. 27.)

Orontium arvense Pers. syn. pl. l. c.

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in arvis et inter segetes fere ubique. (Copiosius inter segetes *fossae oppidanae* inter *dem rennweeger* et *Sander-Thore*, atque in agris et caeduis circa *Abb. Heidenfeld*, alibique.)

Caulis palmaris, rarius pedalis, erectus, teres, pilosus, simplex, interdum ramosus. *Folia* subsessilia, linearia, deflexa, integerrima, pubescentia: *inferiora* opposita, *reliqua* alterna. *Flores* brevissime pedunculati *aut* perfecte sessiles, axillares, solitarii, laterales, subspicati, invicem remoti. *Laciniae calycinae* inaequales, lineari-lanceolatae, pilosae, corollam superantes, demum elongatae. *Corollae* albidae, raro purpureae, basi saccatae.

Capsula matura cranium simiae repraesentat.

Planta venenata, narcotica.

287. Scrophularia, *Scrophelkraut, Braunwurz.*

1) *Sc. nodosa* foliis cordatis serratis sub-3-nerviis, caule acutangulo. *Knotiges Scrophelkr. gemeine Braunw. Kropfwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 270. *Ejusd.* Enum. p. 644.

644. *Pers.* syn. pl. II. p. 160. *Hoffm.* Germ. II. p. 26 *De Vest.* Man. b. p. 405. *Herb. Blackw.* t. 87. *Sturm,* D. Fl. I. 23.)

Perenn. Flor. Jun. - Augusto.

Hab. in nemorosis et sylvaticis humidiusculis, ad fossas et ripas fere ubique.

Radix nodosa. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, parum ramosus, glaber, articulatus, *inferne* obtusius *superne* acutius tetragonus. *Folia* opposita, petiolata, cordato - ovata, acuta, duplicato serrato - dentata, glabra, subtus pallida, venoso - reticulata, basi 3 - nervia: *floralia* (s. *bracteae*) lineari - lanceolata integerrima exigua pedunculorum dichotomiam vix attingentia. *Pedunculi* oppositi, dichotomi, paniculati. *Calycis segmenta* rotundata, ad lentem denticulata. *Corollae* e viridi flaventes, dorso et intus atropurpureae. *Capsulae* ovatae, acutae.

2) *Sc. aquatica* foliis cordatis serratis decurrentibus, caule alato. *Wasser - Scrophelkr. Sumpf-Braunw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 27. *De Vest* Man. b. p. 406. *Herb. Blackw.* t. 86. *Sturm.* D. Fl. I. 23.)

Bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in aquosis, ad rivulos, ad fossas et ripas ubique. Etiam in humidis nemorosis.

Ab antecedente: *radice* fibrosa, *caulibus* crassioribus: *alis* membranaceis pellucidis acutangulis, *foliis* majoribus serrato - dentatis per petiolos latiores decurrentibus satis distincta.

Flo-

Flores atro-sanquinei, *capsulae* subrotundae acuminatae.

288. Digitalis, *Fingerhut.*

1) *D. purpurea* calycis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis: labio superiori integro, floribus dense spicatis subsecundis. *Purpurrother Fingerh.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 283. *Ejusd.* Enum. p. 647. *Pers.* syn. pl. II. p. 162. *Hoffm.* Germ. II. p. 27. *De Vest* Man. b. p. 407. *Sturm.* D. Flor. I. 11. *Herb. Blackw.* t. 16. *Knorr.* thes. I. t. F. 10.)

Bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis. (In montosis sylvaticis prope *Bischofsheim ad Rhön.* fatis frequens. Im *Steigerwald* versus *Gerolshofen* et infra *Gemünden* versus *Lohr* passim.)

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et altior, erectus, teres, pubescens, simplex. *Folia* alterna, crenata, rugosa, venosa, subtus praecipue pubescentia, ovato-lanceolata, obtusiuscula, in petiolum decurrentia: *superiora* subsessilia semiamplexicaulia lanceolata. *Racemus* terminalis, spicatus, longus, erectus, multiflorus, secundus, apice parum nutans, speciosissimus: *floribus* pedunculatis alternis solitariis nutantibus. *Corollae* magnae, oblongo-campanulatae, purpureae, *intus* albidae et maculis ocellatis purpureis pulcherrime adspersae.

Planta acris, venenatissima.

Variat in hortis *corollis* albis. (*Knorr.* thes. I. t. F. 9.)

2) *D. ambigua* calycis foliolis lanceolatis inaequalibus, corollis galea truncatis leviter emarginatis, flo-

floribus laxe spicatis secundis. *Blassgelber Fingerhut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 285. *Ejusd.* Enum. p. 648. *Hoffm.* Germ l. c. *De Vest* Man. bot. p. l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 11. *Schkuhr.* b. Handb. t. 174.)

D. ochroleuca Pers. syn. pl. l. c. *Jacq.* Austr. t. 57.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in nemorosis umbrosis et petrosis. (In variis regionibus *des Steigerwaldes* copiose. In nemorosis prope *Cascatam* apud *Kissingen* et versus *der ersten Saline* infrequens. Copiosissime in nemorosis *in der Fnndgrube* prope *Grossenlangheim* et *in sylva stettensi* prope *Karlsstadt.* Im *Oelgrund* et in sylvis, quae ripis *Salae* versus *Wolfsmünster* etc. utrinque adjacent. Copiose etiam in montosis sylvaticis *montium rhoenanorum* e. gr. in monte *Milzburg*, alibique.)

A praecedente differt: *caule* humiliori villosiori teretiusculo simplicissimo, *foliis* confertioribus ovato-lanceolatis acutis serrulatis lineatis *supra* glabriusculis *subtus* pubescentibus: *omnibus* sessilibus semiamplexicaulibus, *phyllis* inaequalibus lanceolatis, *corollis* constanter ochraceis *punctis* rubris notatis *externe* pubescentibus: *labio superiori* leviter emarginato et *floribus* laxius spicatis perfecte secundis.

Herba, ut in praecedente, acris, venenata.

289. Limosella, *Limoselle, Sumpfkraut.*

1) *L. aquatica* foliis lanceolato-spathulatis carnosis integris. *Gemeine Lim.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 341. *Pers.* syn. pl.

II.

II. p. 167. *Hoffm.* Germ. II. p. 29. *De Vest* M. b. p. 393. *Schkuhr.* b. Handb. t. 176.)

Plantaginella aquatica Moench. Meth. p. 427.

Ann. Flor. Julio - Octobri.

Hab. in inundatis arenosis, in paludosis et ad ripas fere ubique.

Folia e radice fibrosa stolonifera numerosa in cespitem digesta, longius petiolata, lanceolato - spathulata s. lineari - lanceolata, integerrima, subcarnosa, glabra. *Pedunculi* plurimi, radicales, vix unciales, foliis multo breviores, teretes, filiformes, glabri, nudi, erecti, demum deflexi. *Flores* exigui. *Calyx* acutus, glaber, subaequalis, *fructifer* inaequalis: *dentibus* 2 minoribus. *Corollae* rubicundae: *tubo* ventricoso albo. *Stamina* brevissima, interdum 2. *Stigma* globosum.

Variat *foliis* linearibus et *pedunculis* folia adaequantibus.

290. Orobanche, *Sommerwurz, Ervenwürger.*

1) *O. major* corollae inflatae 4 - fidae laciniis labii inferioris aequalibus acutis, staminibus glabris, stylo pubescente, caule simplici. *Grosse Sommerw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 347. *Pers.* syn. pl. II. p. 180. *Hoffm.* Germ. II. p. 30. *De Vest* Man. bot. p. 390.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in dumetis solo steriliori parasitica ad radices variarum plantarum praesertim ex Diadelphia e. gr. Genistae, Spartii scoparii, Hedysari Onobrychis et aliarum fere ubique.

Ra-

Radix carnosa, subbulbosa, squamosa, fusca: *fibris* copiosis carnosis. *Caulis* digitalis, palmaris et major, erectus, simplicissimus, crassus, carnosus, succulentus, parum angulosus, pubescens, fuscescens: *squamis* multis ovato-lanceolatis acutis sparsis concoloribus foliorum loco vestitus. *Flores* sessiles, inodori, in spicam terminalem multifloram densam dispositi. *Bractea* ad quemvis florem solitaria, lanceolata, acuta, fusca, longitudine fere corollae. *Calyx* 4-fidus: *foliolis* semi-2-fidis colore bractearum. *Corolla* calyce duplo longior, ventricoso-inflata, subtus sursum pressa, margine dentato-crispa, extus pubescens, colore tristi fusco *aut* sordide albido-lutescente. *Stamina* basi dilatata, glaberrima, *superne* glanduloso-pubescentia: *antheris* cohaerentibus 2-lobis glabris. *Stylus* pubescens, longitudine staminum. *Stigma* deflexum, 2-partitum, obtusum, flavum *Capsula* membranacea, ovata.

Variat *caulibus* minoribus et altioribus, *corollis* purpurascentibus atque *staminibus* corollam superantibus.

2) *O. coerulea* corollae tubulosae 5-fidae labio superiori 2-fido inciso, staminibus glabris, stylo pubescente, caule simplici. *Blaue Sommerw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 352. *Pers.* syn. pl. p. 181. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 391.

O. laevis Roth. Germ. I. p. 262. III. p. 48. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 404. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 222.

O. purpurea Jacq. Austr. t. 276. *Bernh.* Erf. p. 98. *Perenn. Flor. Maj. Junio.*

Hab. in sterilibus parasitica. (Nullibi, nisi

nisi infra *Gemünden* in loco sterili graminoso specimen unicum legi.)

Ab antecedente differt: *caule* demissiori multo tenuiori minus pubescente ex viridi sordide violaceo *squamis* minoribus brevioribus obtusiusculis vestito, *bracteis* sub singulo flore ternis inaequalibus, *calycibus* 5-fidis: *lacinia unica* brevissima dentiformi truncata, *corolla* tubulosa graciliori coeruleo-violacea calyce triplo fere longiori et *staminibus* filiformibus totis glabris.

3) *O. ramosa* corollae tubulosae 5-fidae labio superiori 2-lobo obtuso, staminibus basi ciliatis, stylo glabriusculo, caule ramoso. *Aestige Sommerw. Hanfwürger.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 353. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 31. *De Vest* Man. b. l. c. *Gmel.* Bad. II. t. 5.)

Perenn. Flor. Junio Augusto.

Hab. in agris parasitica, praesertim ad Cannabis radices. (In viae a *Kleinochsenfurth* versus *den erlacher Seen* dumetosis dextrorsum ad radices *Solani Dulcamarae* et in agris cannabinis prope *Abb. Heidenfeld* cum *Ill. Bar. de Bodeck* specimina perpauca legi.)

A praecedentibus *caule* graciliori ramoso, *spicis* multo longioribus gracilioribus laxioribus, *bracteis* sub quovis flore tribus: *media* multo latiori, *calycibus* profundius 4-fidis et *corollis* 5-fidis multo minoribus ex albido-coerulescentibus satis diversa.

Planta, ubi copiosius provenit, in agris praecipue cannabinis maxime nociva et vera pestis.

CLAS-

Classis XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

291. MYAGRUM.

Willd. Enum. pl. hort. berol. p. 661.
Silicula stylo conico terminata: *loculo* monospermo.

292. ISATIS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1072. *De Neck. el. b. n.* 1426. *Borkh. tent. n.* 289.

Silicula obovali-lanceolata compressa integra decidua *stylo* coronata 1-locularis 2-valvis 1-sperma aegre dehiscens: *valvis* navicularibus.

293. DRABA.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1076. *De Neck. el. b. n.* 1418. *Borkh. tent. n.* 283.

Silic. ovalis obtusa integra polysperma 2-valvis: *valvis* planis dissepimento parallelis. *Stylus* o. *Petala* 2-fida.

294. LEPIDIUM.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1077. *De Neck. el. b. n.* 1414. *Borkh. tent. n.* 281.

Silic.

Silic. emarginata cordata polysperma: *valvulis* argute carinatis dissepimento contrariis.

295. Thlaspi.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1078. *De Neck. el. b. n.* 1415. *Borkh. tent. n.* 279.

Silic. obcordata *aut* subrotunda emarginata: *valvis* navicularibus carinato-alatis, *loculis* polyspermis.

296. Armoracia,

Moench. Meth. pl. p. 267. (*Raphanis.*)

Silic. turgida scabra: *loculis* 3-spermis. *Semina* ovata emargnata.

297. Coronopus.

Borkh. tent. n. 290. *Persoon. Synops. plant. II. p.* 185. (*Senebiera.*) *Wibel. Flor. werth. p.* 204.

Silic. 2-locularis reniformis compressa rugis marginem versus latescentibus radiata.

298. Iberis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1080. *De Neck. el. b. n.* 1417. *Borkh. tent. n.* 276.

Silic. compressa emarginata obcordata polysperma: *valvulis* carinatis. *Cor.* irregularis: *petalis* 2 *exterioribus* majoribus.

299. Alyssum.

Willd. Enum. plant. hort. berol. p. 670. *Spreng. Flor. hal. p.* 180.

Si-

Silic. ovata marginata *stylo* mucronata 2-locularis 2-valvis, *loculis* polyspermis, *valvis* turgidis dissepimento parallelis.

Siliquosa.

300. DENTARIA.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1087. *De Neck. el. b. n.* 1397. *Borkh. tent. n.* 275.

Siliqua teres elastice desiliens: *valvulis* revolutis. *Stigma* emarginatum. *Calyx* longitudinaliter connivens.

301. CARDAMINE.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1088. *De Neck. el. b. n.* 1398. *Borkh. tent. n.* 274.

Siliqua longa subteres elastice desiliens: *valvulis* revolutis. *Stigma* integrum capitatum. *Calyx* subpatulus.

302. SISYMBRIUM.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1089. *De Neck. el. b. n.* 1395. *Borkh. tent. n.* 272.

Siliqua teres dehiscens: *valvis* rectiusculis dissepimento fere aequalibus. *Calyx* patens.

303. ERYSIMUM.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1090. *De Neck. el. bot. n.* 1401. *Borkh. tent. n.* 271.

Siliq. columnaris exacte tetraedra: *stigmate* capitato. *Cal.* clausus.

304. Cheiranthus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1091. *De Neck. el. bot. n.* 1402. *Borkh. tent. n.* 270.

Siliq. compresso-tetraedra *apice* 2-dentata *semina* plana continens. *Germen* utrinque denticulo glandulato. *Cal.* clausus: *foliolis* 2 basi gibbis.

305. Arabis.

Linn. Gen. pl. ed. Schr. n. 1094. *De Neck. el. bot. n.* 1399. *Borkh. tent. n.* 268.

Siliq. teres linearis torulosa *apice* integra capitata. *Glandulae nectariferae* 4 intra calycis foliola squamaeformes reflexae.

306. Turritis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1095. *De Neck. el. bot. n.* 1400. *Borkh. tent. n.* 273.

Siliq. longissima teretiuscula linearis stricta. *Cal.* erectus connivens. *Cor.* erecta.

307. Brassica.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1096. *DeNeck. el. bot. n.* 1405. *Borkh. tent. n.* 267.

Siliq. cylindracea longa compressa rostrata: *seminibus* globosis. *Cal.* erectus connivens. *Glandulae* 4 inter stamina et calycem.

308. Sinapis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1097. *De Neck. el. b. n.* 1406. *Borkh. tent. n.* 266.

Si-

Siliq. teretiuscula rostrata dehiscens: *valvis* dissepimento brevioribus. *Cal.* patens. *Glandulae* 4 inter stamina et calycem.

309. Raphanus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1098. *De Neck. el. b. n.* 1408.

Siliq. torosa subarticulata teres rostrata. *Cal.* clausus. *Glandulae nectariferae* 4 inter stamina et calycem.

Classis XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

291. Myagrum, *Knauth.*

1) *M. perenne* siliculis 2-articulatis 1-spermis, foliis runcinatis sinuatis denticulatis: summis linearibus. *Ausdauernder Kn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 4.6. *Ejusd.* Enum. p. 661. *Pers.* syn. pl. II. p. 183. *Hoffm.* Germ. II p. 31. *De Vest* Man. bot. p. 608. *Jacq.* Austr. t. 414.)

M. biarticulatum Crantz. Stirp. austr. p. 6.

Schrankia divaricata Moench. Meth. *Supplem.* p. 86.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in campis aridis, ad vias, et in vineis.

neis. (In aridis et ad vias prope *Thüngen*, *Stetten*, *Arnstein*, *Hassfurth* et *Eltmann* raro. In vineis hinc inde prope *Roedelsee*, *Kissingen*, *Nordheim*, auf dem *Vogelsberge* und dem *Capellenberge* prope *Volkach*, alibique rarius.)

Caulis pedalis, sesquipedalis et major, erectus, firmus, sulcatus, ramosissimus, diffusus: *inferne* pilis copiosis scaber, *superne* glabriusculus *aut* villosulus. *Folia* alterna, petiolata, pilosa, scabra, runcinata, sinuata, denticulata: *summa* atque *ramea* lineari-lanceolata dentata et fere glabra. *Panicula* terminalis, divaricata, e spicis laxis nudis composita: *floribus* pedunculatis alternis parvis. *Petala* linearia, lutea. *Siliculae* erectae, pilosae, cauli appressae: *loculo superiori* turgido fertili, *inferiori* cylindrico sterili.

In locis lapidosis sterilissimis planta vix palmaris, interdum digitalis, minusque ramosa evadit.

292. Isatis, *Waid.*

1) *I. tinctoria* foliis caulinis sagittatis, radicalibus lanceolatis crenatis. *Faerber-W. deutscher Indig.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 420. *Ejusd.* Enum. p. 663. *Pers.* syn. pl. II. p. 193. *Hoffm.* Germ. II. p. 34. *De Vest.* Man. bot. p. 599. *Schkuhr.* bot. H. t. 188. *Sturm.* D. Flor. I. 3. *Herb. Blackw.* t. 246.)

Bienn. Flor. Majo-Julio.

Hab. ad muros, ad vias, inque lapidosis passim abunde.

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et altior, erectus, teres, glaberrimus, *superne* ramosus paniculatus. *Folia* ex viridi glaucescentia: *radicalia* et *infima caulis* bre-

breviter petiolata ovato-lanceolata crenata laeviter pubescentia, *caulina* alterna sessilia amplexicaulia sagittato-lanceolata glaberrima plerumque integerrima. *Flores* copiosissimi, parvi, pedunculati, in racemos terminales densos dispositi. *Calyx* coloratus. *Petala* patentia, lutea. *Siliculae* pendulae, glabrae, maturae nigrae splendentes.

Herba amariuscula, nauseosa.

293. Draba, *Hungerblümchen.*

1) *Dr. verna* scapis nudis simplicibus, petalis semi-2-fidis, foliis lanceolatis subserratis. *Frühblühendes Hungerbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 426. *Ejusd.* Enum. p. 664. *Pers.* syn. pl. II. p. 190. *Hoffm.* Germ. II. p. 35. *De Vest* Man. bot. p. 612. *Schkuhr.* b. H. t. 179. *Sturm.* D. Fl. I. 4.)

Ann. Flor. Martio-Junio.

Hab. in agris, vineis, hortis et ad muros ubique.

Folia omnia radicalia, in orbem digesta, ad terram decumbentia, ovato-lanceolata, acuminata, pubescentia, integra *vel* serraturis rarioribus praedita. *Scapi* plures, 1-2-3-unciales, erecti, filiformes, debiles, teretes, simplices, aphylli, glabri, *inferne* pubescentes. *Pedunculi* terminales, breves: *floriferi* subcorymbosi, *deflorati* racemum elongatum formantes. *Calyx* patens. *Petala* exigua, alba, semibifida. *Siliculae* obtusae, compressae, glabrae, integrae, polyspermae, longius pedunculatae. *Semina* fusca.

Variat saepe *foliis* integerrimis.

294. Lepidium, *Kresse, Pfefferkraut.*

1) *L. sativum* foliis oblongis multifidis. *Zahme Kr. Gartenkresse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 435. *Ejusd.* Enum. p. 665. *Pers.* syn. pl. II. p. 188. *Hoffm.* Germ. II. p. 37. *De Vest* Man. bot. p. 605. *Sturm.* D. Fl. I. 9. *Herb. Blackw.* t. 23.)

Nasturtium sativum Crantz. Stirp. austr. p. 21. *Moench* Meth. p. 270. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 431.

Ann. Flor. Majo - Julio.

Hab. ad sepes, ad hortos et in eorum rejectamentis quasi sponte. (In hortis praeterea colitur ubique.)

Caulis palmaris *aut* pedalis, erectus, firmus, teres, ramosus, glaber, ex viridi glaucescens. *Folia* alterna, petiolata, glabra, oblonga, lanceolata, obtusa, inciso - multifida: *suprema* linearia integra. *Flores* albi, tetradynami, racemosi.

Var. *foliis* latioribus, angustioribus et crispatis.

Herba recens amariuscula, acris.

2) *L. latifolium* foliis ovato - lanceolatis indivisis serratis. *Breitblaettrige Kr. grosses Pfefferkr. Fleischkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 436. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Herb. Blackw.* t. 448.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in hortis hinc inde, rarius in vineis quasi sponte. (In vinea *des Schlossberges* versus *dem Kinderhausse* plantas plures ultra quiennium sponte crescentes observavi.)

Cau-

Caulis 2-3-pedalis, erectus, teres, glaber, ramosus. *Folia* petiolata, utrinque glabra: *radicalia* et *caulina inferiora* ovato-lanceolata, obtusa, serrata, *superiora* et *ramea* sessilia oblonga utrinque attenuata integerrima. *Flores* parvi, albi, pedunculati, racemosi. *Racemi* terminales et axillares, multiflori, densissimi, subpaniculati. *Siliculae* subemarginatae.

Herba amara, acris.

3) *L. ruderale* floribus apetalis diandris, foliis inferioribus pinnatifidis dentatis, superioribus linearibus integerrimis. *Stinkende Kr. Schutt-Kresse, Besenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 440. *Ejusd.* Enum. p. 666. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* M. bot. p. 606. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 180.)

Iberis ruderalis Crantz. Stirp. austr. p. 21.

Nasturtium ruderale Scopol. Carn. II. p. 13.

Nasturtioides inconspicuum Moench. Meth. p. 270.

Senckenbergia ruderalis. G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 432.)

Ann. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in ruderatis, ad muros et vias ubique copiose.

Caulis digitalis, palmaris et major, erectus, teres, glaber: *ramis* copiosis alternis virgatis. *Folia* glabra, subcarnosa: *radicalia* et *infima caulis* pinnata; *pinnis* latiusculis antice dentatis, *caulina* et *ramea* alterna sessilia pinnatifida atque linearia integerrima. *Flores* exigui, apetali, diandri, in racemos terminales erectos dispositi. *Racemi fructiferi* elongati. *Phylla* erecta, conniventia. *Siliculae* parvae, compressae,

 gla-

glabrae, emarginatae. *Semina* ovata, compressa, flavicantia.

Petala minutissima 4 et *Stamina* 4 saepius observavi.

Odor herbae gravis, ingratus, acris.

295, Thlaspi, *Taeschelkraut.*

1) *Th. arvense* siliculis orbiculatis compressis laevibus, foliis oblongis dentatis glabris. *Acker-Taeschelkr. Bauernsenf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 442. *Ejusd.* Enum. p. 666. *Pers.* syn. pl. II. p. 189. *Hoffm.* Germ. II p. 38. *De Vest.* Man. bot. p. 602. *Herb. Blackw.* t. 68.)

Ann. Flor. Aprili-Julio.

Hab. in cultis, ad muros et vias ubique abunde.

Caulis palmaris et pedalis, erectus, teres, glaber, angulatus, *superne* ramosus. *Folia* glabra, laete viridia: *radicalia* in orbem digesta in petiolum decurrentia ovata obtusa integra, *caulina* alterna sessilia sagittata ovato-lanceolata obtusa semiamplexicaulia sinuato-dentata. *Flores* parvi, terminales, racemosi. *Petala* alba, integra. *Silicula* magna, orbiculata, compressa, emarginata, glabra, *ala* membranacea lata cincta.

Herba acris, alliacea.

2) *Th. campestre* siliculis subrotundis glanduloso-punctatis, foliis sagittatis subdentatis incanis. *Feld-Taeschelkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 444. *Ejusd.* Enum. p. 667. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 39. *De Vest* M. bot. p. 603. *Herb. Blackw.* t. 407. β.)

Bienn.

Bienn. Flor. Aprili-Julio.

Hab. in agris, in vineis, ad vias et muros passim frequens.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, pubescens, incanus, *inferne* simplex, *superne* paniculato-ramosus. *Folia* incana, mollia: *radicalia* numerosa longe petiolata et decurrentia ovata integra *aut* pinnatifida, *caulina* alterna sessilia semiamplexicaulia sagittato-lanceolata denticulata. *Racemi* terminales, erecti, densi: *floribus* exiguis. *Petala* alba, cuneiformia, calyce macula notato vix longiora. *Silicula* subrotunda, compressa, emarginata, parva, hirsuta, utrinque glanduloso-punctata.

Var. *caule* et *foliis* glabriusculis.

3) *Th. montanum* siliculis obcordatis, foliis subcarnosis integris glabris: radicalibus obovatis, caulinis oblongis amplexicaulibus sagittatis, corolla calyce duplo majore. *Berg-Taeschelkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 445. *Ejusd.* Enum l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Wibel.* Werth. p. 206.)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in montosis. (Ad montes *Kalbenstein* et *Kalmut* raro.)

Caules e radice plerumque plures, digitales et altiores, erecti, teretes, simplices, glabri. *Folia* glabra, subcarnosa, glauco-viridia: *radicalia* in rosulam quasi congesta in petiolum decurrentia obovata obtusa integra *aut* parum dentata subtus saepe rubella, *caulina* minora alterna sessilia cauli appressa cordato-sagittata. *Flores* terminales, corymboso-umbellati, demum racemosi. *Calyces* plerumque e viridi pur-

purpurascentes, margine albidi. *Petala* alba, obovata, obtusa, calyce duplo majora. *Silicula* obcordata, compressa, glabra, ala tenui arguta cincta.

4) *Th. perfoliatum* siliculis obcordatis stylo brevissimo obsessis, foliis caulinis sagittato-cordatis amplexicaulibus, petalis longitudine calycis, caule ramoso. *Durchwachsenes Taeschelkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 446. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Ann. Flor. April. Majo.

Hab. in dumetis, in collibus graminosis et ad sepes frequens.

Differt a praecedente: *caulibus* plerumque altioribus a basi jam ramosis, *foliis radicalibus* brevius petiolatis denticulatis, *caulinis* sagittato-cordatis perfectius amplexicaulibus quasi perfoliatis, *racemis* longioribus et *petalis* minoribus angustioribusque calycem vix excedentibus.

5) *Th. bursa pastoris* siliculis deltoideo-obcordatis, foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis. *Gemeines Taeschelkr. Hirtentasche.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 447. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Herb. Blackw.* t. 5.)

Iberis bursa pastoris Crantz. Stirp. austr. p. 20.

Nasturtium Bursa pastoris Roth. Germ. I. p. 281. III. p. 96. *De Vest* Man. bot. p. 601. *Bernh.* Erf. p. 192.

Capsella burs. past. Moench. Meth. p. 271.

Rodschiedia burs. past. G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 435.

Ann.

Ann. Flor. Aprili-Octobri.

Hab. in cultis et in ruderatis, ad muros, sepes et vias ubique abunde.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, pubescens, ramosus. *Folia* utrinque magis minusve hirsuta, laete viridia: *radicalia* in petiolum desinentia in orbem digesta terrae adjacentia lyrato-pinnatifida: *segmentis* denticulatis et integris, *caulina* alterna sessilia amplexicaulia sagittato-lanceolata dentata integrave. *Flores* pedunculati, parvi, albi, racemosi, terminales. *Pedunculi deflorati* patentes. *Siliculae* deltoideo-obcordatae, utrinque obtusae, glabrae, ala marginali destitutae.

Var. *foliis* omnibus simplicibus, et undulato-crispatis.

296. Armoracia, *Meerrettig.*

(1 *A. sativa* foliis radicalibus oblongis crenatis, caulinis lanceolatis subincisis. *Echter Meerr. Kroen.* (*Bernh.* Erf. p. 189.)

A. rusticana G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 426.

Raphanis magna Moench. Meth. p. 267.

Cochlearia Armoracia L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 451. *Ejusd.* Enum. p. 668. *Pers.* syn. pl. II. p. 186. *Hoffm.* Germ. II. p. 40. *De Vest* Man. bot. p. 607. *Schkuhr.* b. Handb. t. 181. *Herb. Blackw.* t. 415.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in hortis, ad ripas et fossas passim.

Radix praelonga, cylindrica, ramosa, alba, perquam

quam acris. *Caulis* 2-3-pedalis, erectus, ramosus, glaber. *Folia* glabra, rugosa, venosa: *radicalia* maxima, pedalia et ultra, longe petiolata oblonga crenata interdum pinnatifida, *caulina* alterna sessilia lanceolata incisa *vel* integra. *Racemi* terminales, laxi. *Petala* alba, calyce duplo longiora.

297. Coronopus, *Kraehenfuss.*

1) *C. depressus* foliis pinnatifidis, caule depresso. *Niederliegender Kraehenf. Schweinskresse.*

(*Moench.* Meth. p. 220. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 472. *Bernh.* Erf. p. 189.)

C. Ruellii Smith. Brit. II. p. 690. *Spreng.* Hal. p. 183. *Wib.* Werth. p. 204. *Gmel.* Bad. III. p. 43.

Cochlearia Coronopus L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 450. *Hoffm.* Germ. II. p. 40. *De Vest* Man. bot. p. 607. *Roth.* Germ. I. p. 278. III. p. 87. *Scopol.* Carn. II. p. 12. *Schkuhr.* b. H. t. 181. *Herb. Blackw.* t. 120.

Senebiera Coronopus Pers. syn. pl. II. p. 185.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in humidiusculis. (Ad *moeni* ripam prope *Marienburghaussen* specimina pauca legi.)

Caules plures, palmares et longiores, prostrati, depressi, teretes, ramosi, glabri. *Folia* alterna, subcarnosa, glabra, ex glauco viridia, in petiolum brevem desinentia, oblonga, pinnatifida: *laciniis* alternis utrinque attenuatis subintegris. *Racemi* laterales, oppositifolii, breves, pauciflori, erecti: *floribus* exiguis albis breviter pedunculatis. *Siliculae* subrotundae, compressae, deciduae, margine cristato-muricatae, 2-spermae.

Her-

Herba recens odorata, acris.

298. Iberis, *Zungenblume, Schleifenblume, Iberkraut.*

1) *I. amara* foliis lanceolatis acutis subdentatis, caule corymboso-ramoso. *Bittere Zungenbl. Bauernsenf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 456. *Ejusd.* Enum. p. 669. *Pers.* syn. pl. II. p. 187. *Hoffm.* Germ. II. p. 41. *De Vest.* Man. bot. p. 601.)

Thlaspi amarum Crantz. Stirp. austr. p. 25.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris et ad eorum margines. (In agris infra *Karlstadt*, prope *Gemünden, Himmelstadt, Remlingen, Geldersheim, Eltmann* et alibi non raro.)

Caulis digitalis, palmaris et major, erectus, supra medium ramosus, angulatus, scabriusculus. *Folia* alterna, sessilia, crassiuscula, glabra, laete viridia, cuneiformi-lanceolata, obtusa, antice denticulata: *summa* integerrima. *Flores* copiosi, speciosi, nivei, corymboso-racemosi: *pedunculis* simplicibus patulis. *Calyx* coloratus. *Petala exteriora* interioribus duplo fere longiora. *Siliculae* subrotundae, compressae, alatae, emarginatae, glabrae.

Herba valde amara.

In hortis *caulibus* altioribus *floribusque* majoribus et copiosioribus luxuriat.

2) *I. nudicaulis* foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis, caule nudo simplici. *Nacktstengliche Zungenbl. Sand-Bauernsenf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 458. *Ejusd.* Enum. l. c.

Pers.

Pers. syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* b H. t. 179. *Sturm.* D. Fl. I. 11.)

Ann. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in arenosis sterilibus fere ubique.

Caules plerumque plures, digitales *aut* sesquidigitales, tenues, teretes, glabri aphylli: *centralis* duplo fere longior strictus erectus, *laterales* adscendentes nudi *aut* foliolo uno alterove instructi. *Folia* supra radicem in orbem densum digesta, terrae incumbentia, in petiolum decurrentia, crassiuscula, glabra, lyrato-pinnatifida. *Flores* parvi, primo corymbosi, demum racemosi. *Petala* alba, integerrima, obtusa: *exteriora* interioribus majora. *Siliculae* ex ovato subrotundae, emarginatae, compressae, glabrae.

Caulis autumno nonnunquam altior, ramosus atque foliatus adparet.

299. Alyssum, *Alysse, Steinkraut.*

1) *A. incanum* caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis integerrimis incanis, floribus corymbosis, petalis 2-fidis calyce duplo longioribus, filamentis brevioribus basi appendiculatis. *Bestäubte Alysse, graues Steinkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 463. *Ejusd.* Enum. p. 670. *Pers.* syn. pl. II. p. 192. *Hoffm.* Germ. II. p. 42. *De Vest* Man. b. p. 611. *Spreng.* Hal. p. 183. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 181.)

Moenchia incana Roth. Germ. I. p. 273. III. p. 73.

Draba dasycarpa Bernh. Erf. p. 192.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in ruderatis, ad muros, et vias ubique.

Planta tota villoso-incana. *Caulis* sesquipedalis et altior, erectus, obsolete angulatus, scaber, ramosus. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, integerrima, scabriuscula. *Racemi* terminales, praelongi, densi, multiflori. *Petala* alba, semi-2-fida, calyce triplo fere longiora. *Siliculae* erectae, ovales, compressae, stylo longo instructae.

2) *A. sativum* caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis sagittatis amplexicaulibus integris scabris, filamentis edentulis. *Zahme Al. Leindotter, Dotterkraut.*

(*Willd.* Enum. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 679. *Scopol.* Carn. II. p. 9. *Spreng.* Hal. l. c.)

A. Myagrum Wib. Werth. p. 204.

Myagrum sativum L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 408. *Hoffm.* Germ. II. p. 32. *De Vest* M. b. p. 609. *Gmel.* Bad. III. p. 9. *Sturm.* D. Flor. I. 4. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 178.

Camelina sativa Pers. syn. pl. II. p. 191. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 422. *Bernh.* Erf. p. 191.

C. sagittata Moench. Meth. p. 265.

Moenchia sativa Roth. Germ. I. p. 274. III. p. 75.

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. ad muros, ad vias et inter segetes ubique.

Caulis pedalis, sesquipedalis et major, erectus, subangulosus, pilosus, scaber, *superne* paniculatus. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, obtuse mucronata, basi sagittata amplexicaulia, integra *aut* obsolete denticula-

culata, utrinque piloso-scabra. *Racemus* terminalis, longus, laxus. *Flores* solitarii: *pedunculis* erectis glabris 1-floris. *Calyx* patens. *Petala* oblonga, obtusa, integra, pallide lutea. *Siliculae* erectae, obovatae, glabrae, inflatae, stylo persistente coronatae.

3) *A. dentatum* caule herbaceo erecto, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, filamentis edentulis. *Gezaehnte Al.*

(*Willd.* Enum. p. 671.)

Myagrum dentatum L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* M. b. l. c.

M. Bauhini *Gmel.* Bad. III. p. 7.

Camelina dentata *Pers.* syn. pl. l. c.

C. hirsuta *Bernh.* Erf. p. 190.

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in arenosis, ad ripas. (Ad ripas *salae* prope *Schunderfeld*, in arenosis juxta *Moeni* ripas prope *Wipfeld*, et in arenosis prope *dem blauen Thurm* versus *Thüngen* specimina perpauca legi. Ad ripam sinistram *Insulae inferioris* versus *dem Schützenplatze* sec. *cl. D. Lehmann*, ubi vero hucusque nondum eam inveni.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, glaber, ramosus. *Folia* alterna, sessilia, lineari-lanceolata, semiamplexicaulia, glabra, laete viridia, profunde dentata. *Flores* terminales, solitarii, racemosi: *pedunculis* elongatis erectis 1-floris. *Petala* parva, obtusa, pallide lutea. *Siliculae* obovatae, inflatae, glabrae, stylo coronatae.

4) *A. paniculatum* caule herbaceo erecto, foliis lanceolatis subdentatis sagittatis amplexicaulibus, filamentis edentulis. *Rispenblüthige Alysse.*

(*Willd.*

(*Willd.* Enum. p. 671)

Myagrum paniculatum L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 409. *Hoffm.* Germ. p. 33. *De Vest* Man. bot. l. c. *Roth* Germ. I. p. 275. III. p. 81. *Spreng.* Hal. p. 183. *Wib.* Werth. p. 205. *Schkuhr.* bot. H. t. 178.

Rapistrum paniculatum Pers. syn. pl. II. p. 185.

Vogelia sagittata G. M. Sch. Flor. d. Wetter. II. p. 471. *Bernh.* Erf. p. 190. *Medicus* Pflanzeng. t. 1. f. 6. ?

Nasturtium paniculatum Crantz. Stirp. austr. p. 15.

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in arvis, ad vias, inter segetes.

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, angulatus, scaber, *inferne* simplex, *superne* ramosus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, sagittato-lanceolata, acuminata, utrinque scabra, margine denticulata *aut* integriuscula. *Racemi* terminales, erecti, elongati, nudi, laxi, simplices. *Pedunculi* longi. *Petala* obtusa, lutea, parva, calyce vix longiora. *Siliculae* globosae, inflatae, reticulato-rugosae, stylo coronatae, 1-spermae.

5) *A. calycinum* caulibus herbaceis erectis, calycibus persistentibus viridibus, petalis subpersistentibus erectis integris calycem subaequantibus, filamentis brevioribus basi appendiculatis. *Gemeine Al.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 464. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. II. p. 192. *Hoffm.* Germ. p. 42. *De Vest* Man. bot. p. 611. *Spreng.* Hal. l. c. *Jacq.* Austr. t. 338.)

Adyseton calycinum Scopol. Carn. II. p. 13. *Wib.* Werth. p. 205. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 424.

A. mutabile Moench Meth. p. 267.

Cly-

Clypeola alyssoides Crantz. Stirp. austr. p. 19.

Ann. Flor. Majo - Julio.

Hab. in sterilibus arenosis et in collibus ubique frequens.

Caules plures, digitales, sesquidigitales, basi suffruticosi et decumbentes, dein erecti, teretes, ramosi *aut* simpliciusculi, asperi, canescentes. *Folia* alterna, subsessilia, spathulata, obtusa, integra, incana, setis stellatis obsita. *Flores* terminales, capitati, demum racemosi. *Calyces* hirti, ex viridi incani, persistentes. *Petala* calyce parum longiora, erecta, integra, persistentia, primo lutea, demum albida. *Stamina* simplicia: *minora* denticulata. *Siliculae* orbiculatae, compressae, obtusae, subemarginatae, hirtae, stylo persistente brevi terminatae.

6) *A. montanum* caule herbaceo diffuso, calycibus coloratis deciduis, petalis subintegris patentibus deciduis calycem excedentibus, staminibus longioribus apice furcatis, brevioribus basi appendiculatis. *Berg - Alysse.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 466. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 43. *De Vest.* M. bot. p. 610. *Spreng.* Hal. p. 184. *Jacq.* Austr. t. 37.)

Adyseton montanum Scopol. Carn. II. p. 14. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 425. *Wib.* Werth. l. c.

Clypeola montana Crantz. Stirp, austr. l. c.

Perenn. Flor. Maj.-Julio.

Hab. in arenosis et apricis montanis fere ubique.

Simile antecedenti, a quo differt: *radice* perenni, *caulibus* adscendentibus diffusis magis incanis simplici-

ci-

cibus *aut* basi ramosis, *foliis* brevioribus sed latioribus et magis scabris, *racemis* brevioribus sed densioribus, *floribus* majoribus, *calycibus* flavescentibus deciduis, *petalis* calyce majoribus patentibus deciduis semper luteis, *staminibus majoribus* apice bifidis, *brevioribus* basi squama sub-3-dentata instructis, et *siliculis* duplo fere majoribus.

Et hoc et antecedens in horto culta mutata non sunt.

7) *A. campestre* caule herbaceo, petalis subintegris calyce deciduo parum longioribus, staminibus brevioribus utrinque seta stipatis: longioribus edentulis. *Feld-Alysse*, *Sand-Senf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 467. *Ejusd.* Enum. p. 672. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 611. *Spreng.* Hal. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 181.)

A. arenarium Gmel. Bad. III. p. 36.

Adyseton campestre Moench. Meth. Supplem. p. 87.

Moenchia campestris Roth. Germ. I. p. 274. III. p. 74.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sterilibus arenosis. (Prope *Veitshoechheim*, versus *Thüngersheim*, *Karlstadt*, *Karlenburg* et *Sachsenheim*. Circa *Thüngen*, *Retzbach*, *Arnstein*, alibique.)

A 2 praecedentibus: *caulibus* minoribus tenuioribus totis fere ad terram diffusis, *foliis* oblongis obtusioribus, *racemis* tenuioribus ac brevioribus, *petalis* minoribus minus emarginatis, (demum ex luteo albidis) *staminibus brevioribus* utrinque seta e receptaculo

auc-

auctis, *reliquis* edentulis, et *siliculis* minoribus stylo brevissimo coronatis constanter differt.

Etiam in horto cultum notas hasce constanter retinuit.

Siliquosa.

300. Dentaria, *Zahnwurz*, *Korallenwurz*.

1) *D. bulbifera* foliis inferioribus pinnatis, summis simplicibus. *Knollentragende Zahnw. Gemeine Korallenw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 479. *Ejusd.* Enum. p. 676. *Pers.* syn. pl. II. p. 195. *Hoffm.* Germ. II. p. 45. *De Vest* Man. bot. p. 584. *Schkuhr.* bot. H. t. 183.)

Perenn. Flor. Majo.

Hab. in sylvis montosis. (In sylvaticis montis *Auersberg* versus *Hilters* passim.)

Radix repens, albida, carnosa, dentato-squamosa. *Caulis* palmaris, pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, glaber, simplex, basin versus nudus. *Folia* scabriuscula: *inferiora* opposita petiolata pinnata; *foliolis* lanceolatis serratis, *superiora* alterna obtusiora simplicia *aut* uno alterove foliolo aucta. *Bulbilli* in foliorum axillis sessiles, subrotundi, decidui, maturitate atro-fusci. *Flores* terminales in racemum corymbosum brevem dispositi. *Corollae* speciosae, dilute purpureae. *Siliquae* longae, teretiusculae, valde deciduae, unde propagatio *bulbillis* plerumque peragitur.

Radix acris, saporis ingrati.

301. Cardamine, *Schaumkraut, Schaumkresse.*

1) *C. impatiens* foliis pinnatis: foliolis lanceolatis incisis, stipulis ciliatis, caule simplici. *Spring-Schaumkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 485. *Ejusd.* Enum. p. 676. *Pers.* syn. pl. II. p. 196. *Hoffm.* Germ. II. p. 47. *De Vest* Man. bot. p. 592.)

C. apetala Moench. Meth. p. 259.

Bienn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvaticis umbrosis humidis. (In nemorosis roridis *der Waldskugel* et in sylvaticis humidis circa *Abb. Heidenfeld* e. gr. *in den Lacken, am Wehr* et in sylva *Anspach* hinc inde raro. In locis demissioribus humidis *des guttenberger* et *Steiger-Waldes.* In nemorosis prope *Schmalwasser*, prope *Bischofsheim ad Rhoen. im bildsteiner Gehege* in *regione hilterana* et in sylvaticis ad pedes *montium* sic dictorum *nigrorum,* alibique.)

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, parum ramosus *aut* omnino simplex, acutangulus, glaber. *Folia* glabra, laete viridia, impari-pinnata; *radicalia* in orbem digesta: *pinnis* pedicellatis ovatis obtusis semi-2-aut 3-lobis, *caulina* alterna pinnata: *pinnulis* ovato-lanceolatis acutis acute incisis et integriusculis. *Stipulae* lineares, pilosae, amplexicaules. *Racemi* terminales, laxi: *floribus* alternis parvis pedunculatis; *fructiferi* elongati multisiliquosi. *Calyx* subcoloratus: *foliolis* obtusis concavis. *Petala* exigua, alba, maxime fugacia, ideoque plerumque nulla. *Siliquae* longae, tenues, glabrae, subtumidae, maturae elastice desilientes et semina late spargentes.

2) *C. pratensis* foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis dentatis, caulinis lanceolatis integris. *Wiesen-Schaumkr. Wiesenkresse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 487. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. b. l. c. *Sturm* D. Fl. I. 8. *Herb. Blackw.* t. 223.)

Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in pratis ubique.

Radix fibrosa. *Caulis* pedalis et altior, erectus, teres, glaber, fistulosus, simplex, basi demum sublignosus rubellus. *Folia* obscure viridia, glabra, 6-juga: *foliolis radicalibus* majoribus subrotundis dentatis *aut* integriusculis, *caulinis* linearibus canaliculatis integris. *Racemus* terminalis, laxus, speciosus: *floribus* magnis pedunculatis. *Foliola calycina* ovalia, obtusa, erecta, margine albida: *oppositis* 2 basi gibbis. *Petala* calyce multo majora, obovata, obtusa, incarnata, venosa. *Siliquae* lineares, compressiusculae, glabrae, erecto-patentes.

Herba recens amaricans, acriuscula.

3) *C. amara* foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis angulosis, caulinis lanceolatis denticulatis, caule basi radicante. *Bitteres Schaumkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 488. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 593.)

Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in nemorosis humidis, in pratis udis et ad rivulos

Radix repens, plerumque stolonifera. *Caulis* palmaris, pedalis et altior, erectus, simplex, subcarnosus, glaber *aut* parum pubescens, angulosus, pallide viridis: *stolonibus* saepe post florescentiam axillaribus incur-

curvis. *Folia* succulenta, glabra, laete viridia, pinnata: *pinnis radicalibus* subrotundis angulosis, *caulinis* lanceolatis denticulatis. *Flores* magni, racemosi. *Petala* calyce multo majora, alba, venis obscurioribus picta. *Antherae* fuscae. *Siliquae* praecedentis.

Herba amara, acriuscula.

302. Sisymbrium, *Räuke.*

1) *S. Nasturtium* foliis pinnatis: foliolis ovato-cordatis dentato-repandis glabris, caule basi radicante, siliquis declinatis. *Quellen-Rauke, Brunnenkresse, Wasserkresse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 489. *Ejusd.* Enum. p. 676. *Pers.* syn. pl. II. p. 196. *Hoffm.* Germ. II. p. 48. *De Vest* Man. bot. p. 587. *Herb. Blackw.* t. 260.)
Cardaminum nasturtium Moench. Meth. p. 262.
Baeumerta Nasturtium G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 467.

Perenn. Flor. Majo-Septembri.

Hab. ad ripas, ad rivulos et fontes ubique abunde.

Caulis palmaris, pedalis, decumbens, basi radicans, teres, glaber, ramosus, in aquis natans. *Folia* alterna, glabra, succulenta, laete viridia, impari-pinnata: *foliolis* oppositis sessilibus subcordato-ovatis obtusis dentato-subrepandis, *impari* majore. *Racemi* terminales, laxi. *Foliola calycina* margine colorata. *Petala* calyce majora, obtusa, integra, alba. *Siliquae* breves, glabrae, compressiusculae, primo patentes, demum declinatae.

Herba recens acris, amariuscula.

2) *S. sylvestre* foliis pinnatis: foliolis lanceolatis inciso-serratis, siliquis declinatis. *Wald-Rauke, Wald-Kresse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. l. c.

S. vulgare Pers. syn. pl. l. c.

Radicula pinnata Moench. Meth. p. 263.

Caroli-Gmelina sylvestris G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 470.

Brachiolobus sylvestris Allion. Pedem. n. 1012. t. 56. f. 2.

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in ruderatis, in paludosis et fossis siccis ubique.

Radix maxime repens. *Caules* pedales et altiores, erectiusculi, basi plerumque decumbentes, debiles, angulato-striati, glabriusculi, ramosi. *Folia radicalia* petiolata, profunde pinnatifida, glabra: *pinnis* subovatis dentato-serratis, *caulina* alterna, pinnata: *pinnis* lanceolatis serratis integrisve. *Racemi* terminales, demum elongati. *Foliola calycina* ovata, concava, lutescentia. *Petala* parva, sed calyce duplo fere longiora, patentia, lutea. *Siliquae* breves, oblongae, saepe abortivae, patentes, demum declinatae.

3) *S. palustre* foliis pinnatifidis inaequaliter dentatis, petalis calyce minoribus, siliquis oblongo-ovatis declinatis. *Sumpf-Rauke, Sumpf-Senf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 490. *Ejusd.* Enum. p. 677. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* Man. b. l. c.)

S. terrestre Smith. Brit. II. p. 701. *Hoffm.* Germ. l. c. *Spreng.* Hal. p. 190.

Radicula palustris Moench. Meth. l. c.

Ca-

Caroli-Gmelina palustris G. M. Sch. Fl. d. Wetter. l. c.

Brachiolobus palustris Bernh. Erf. p. 191.

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. ad fossas, ad ripas, in humidis et inundatis passim.

Radix fusiformis. *Caulis* pedalis, sesquipedalis et major, saepius decumbens *aut* omnino prostratus, interdum totus erectus, sulcatus, glaber, ramosus. *Folia* alterna, breviter petiolata, amplexicaulia, glabra, laete viridia, lanceolata, pinnata: *pinnis* ovali-lanceolatis inaequaliter serratis decurrentibus. *Racemi* terminales: *fructiferi* elongati. *Foliola calycina* concava, flavescentia. *Petala* exigua, flava, calyce breviora. *Siliquae* oblongo-ovatae, breves, turgidae, stylo brevissimo instructae.

4) *S. amphibium* foliis oblongis pinnatifidis serratisve, petalis calyce majoribus, siliquis oblongo-ovatis declinatis. *Wasser-Rauke, Wasser-Senf.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 491. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 702.)

S. Roripa Scopol Carn. II. p. 25.

Radicula lancifolia Moench. Meth. p. 262.

Caroli-Gmelina lancifolia G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 468.

Brachiolobus amphibius Bernh. Erf. l. c.

Bienn. Flor. Majo-Julio.

Hab. ad fossas, ad ripas et in paludosis.

Differt ab antecedente: *radice* fibrosa, *foliis* oblongis *aut* serratis *aut* pinnatifidis: *superioribus* fere integer-

tegerrimis, *petalis* calyce duplo fere longioribus, *siliquis* brevissimis, siliculas potius repraesentantibus, stylo elongato terminatis.

Cum planta in aquis crescit, *folia submersa* sunt capillacea.

5) *S. tenuifolium* foliis glabris subintegerrimis pinnatifidis bipinnatifidisque: supremis integris, siliquis erectis. *Dünnblaettrige Rauke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 393. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 197. *Smith.* Brit. II. p. 703. *Hoffm.* Germ. p. 49. *De Vest* Man. b. p. 589. *Herb. Blackw.* t. 266.)

Eruca tenuifolia Moench. Meth. p. 257.

E. muralis G. M. Sch. Fl. d. Wetter. p. 459.

Bienn. Flor. Junio Augusto.

Hab. in ruderatis, in vineis, ad muros. (Ad muros et in vineis *der Stein-* und *Leistenberge, in der Harfe, im Teufelskeller,* atque inter *Eivelstadt* et *Ochsenfurth.* Ad muros prope *Kitzingen, Rimpach, Arnstein* et *Prebersdorf.* Inter ruinas hinc inde *arcis Karlsburg* prope *Karlstadt* et *Reichelsperg*, prope *Aub*, alibique rarius.)

Caulis 1 - 2 - pedalis, basi decumbens, dein erectus, teres, glaber, statim a radice ramosissimus. *Folia* alterna, petiolata, glabra, ex glauco viridia; *inferiora* profunde pinnatifida: *pinnis* lineari - lanceolatis simplicibus et pinnatifidis, *suprema* lineari - lanceolata, integra. *Racemi* terminales, longi, laxi. *Calycis foliola* erecto - patentia, concava, glauco - viridia, interdum apice hirta. *Petala* patentia, integra, speciosa, citrina, calyce duplo majora. *Siliquae* oblongae, compres-

pressae, erectae, unciales et ultra, stylo brevi instructae.

Odor *florum* peculiaris pergratus, *foliorum* acris.

6) *S. Sophia* foliis pinnato-decompositis glaucis subpilosis, petalis calyce brevioribus, siliquis erectis. *Feinblaettrige Rauke, Sophienkraut, Besenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 500. *Ejusd.* Enum. p. 678. *Pers.* syn. pl. p. 198. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* M. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 440.)

Arabis Sophia Bernh. Erf. p. 196.

Ann. Flor. Majo-Augusto.

Hab. in ruderatis saxosis, ad muros et vias ubique copiose.

Caulis 2-3-pedalis, erectus, firmus, teres, glaber *aut* subpubescens, incanus, ramosissimus. *Folia* alterna, subsessilia, subpilosa, glauco-viridia, pinnata: *pinnis* pinnatifidis et bipinnatifidis, *laciniis* inaequalibus linearibus acutis decurrentibus. *Racemi* terminales, longi, laxi, nudi, multiflori. *Calycis foliola* linearia, erecta, glauca, margine lutescentia. *Petala* exigua, angusta, ex viridi lutea, calyce subbreviora. *Siliquae* numerosae, lineares, graciles, obsolete tetragonae, glabrae, torulosae, polyspermae.

7) *S. multisiliquosum* foliis runcinatis flaccidis glabris margine scabris, siliquis filiformibus inflexo-patulis. *Vielschottige Rauke.*

(*Hoffm.* Germ. II. p. 50.)

S. eckartsbergense L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 502. *Pers.* syn. pl. l. c.

S. compressum Moench. Meth. Supplem. p. 83.

S. austriacum Jacq. Austr. t. 262.

Bienn.

Bienn. Flor. Aprili - Junio:

Hab. in saxosis, ad muros. (Ad muros vinearum *der Steinberge*, prope *Retzbach*, *Thüngersheim*, ad viam versus *Veitshoechheim*, ad muros et inter ruinas arcis *Karlsburg* copiose, alibique.)

Radix subfusiformis, obliqua, divisa, extus lutescens, intus albida, acriuscula: *fibris* multis validis praedita. *Caulis* suberectus, 1-2-3-pedalis, interdum altior, teres, glaberrimus, subtiliter striatus, superne divisus: *ramis* paucis divaricatis. *Folia* crassiuscula, glauco-viridia, nervo albido valido percussa, utrinque glaberrima, marginibus scabriuscula; *radicalia* numerosa in orbem densum digesta longe petiolata runcinata: *laciniis* inaequalibus acutis *aut* obtusiusculis integris *aut* denticulatis, *caulina* pauca, alterna, subsessilia, denticulata, saepe etiam lyrato-pinnatifida. *Flores* pedicellati, in racemos praelongos laxos multifloros dispositi. *Calyx* lutescens, ante florum explicationem subcompressus. *Petala* lutea, plana, patentia, apicem versus subtilissime crenulata. *Siliquae* perangustae, fere filiformes, glaberrimae, torulosae, inflexo-patulae, secundae.

Pro solo natali diverso, saxoso *aut* minus sterili planta haec maxime variat. A digiti longitudine ad 3-et 4-pedalem altitudinem saepe accedit. *Caules* mox omnino decumbunt *aut* adscendunt, mox toti erecti adparent. *Racemi* in hac planta vix 3-4-unciales, in illa pedales. Sic etiam variat *foliis* magis minusve dentatis, integrisque, runcinatis et pinnatifidis. Descriptio supra data plantae cultae et e seminibus spontaneae obtentae omnino quadrat.

8) *S. Irio* foliis runcinatis dentatis nudis, caule laevi, siliquis erectis. *Glatte Rauke.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 503. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 589. *Jacq.* Austr. t. 322.)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in ruderatis, ad muros. (In ruderatis inter vineas *der äusseren Leiste* versus *Hoechberg*, ad muros vinearum *des Steins* inter *Retzbach* et *Karlstadt*. In vineis prope *Kleinochsenfurth*, *Roedelsee*, alibique raro.)

Caulis palmaris et pedalis, erectus, subteres, nitidus, glaber, *inferne* modo pilis raris brevibus adspersus, statim a basi ramosus: *ramis* alternis divaricatis. *Folia* alterna, in petiolum decurrentia, flaccida, subcarnosa, obscure viridia, glabra, obtusa: *inferiora* oblonga runcinata obtuse dentata, *summa* et *ramea* sagittato-lanceolata dentata. *Racemi* terminales, ramis longiores, nudi, laxi, flexuosi. *Petala* oblonga, obtusa, integerrima, flava, calycis margine colorato longiora. *Siliquae* numerosae, longae, lineares, teretiusculae, nitidae, glabrae, erectae.

9) *S. strictissimum* foliis oblongo-lanceolatis dentatis pubescentibus petiolatis, siliquis erecto-patentibus. *Steifstielige Rauke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 506. *Ejusd.* Enum. p. 679. *Pers.* syn. pl. p. 199. *Hoffm.* Germ. p. 51. *De Vest.* Man. bot. p. 590. *Jacq.* Austr. t. 194.)

Perenn. Flor. Jun. Jul.

Hab. ad margines pratorum, ad muros. (Juxta prata versus *Roettingen*, circa *Aub*, *Hemmersheim* et *Oellingen*. Ad muros prope *Tiefenthal*, *Neusses ad mont. Bimbach*, *Hendungen* et alibi raro.)

Caulis 2-pedalis et altior, erectus, teres, subhirtus,

tus, ramosus. *Folia* alterna, petiolata, lanceolata, dentato-serrata, utrinque pubescentia, venosa. *Racemi* terminales, nudi. *Calycis foliola* patentia: *duo* sub apice denticulo notata. *Petala* calyce duplo longiora, flava. *Antherae defloratae* violaceae. *Siliquae* longissimae, lineares, strictae, glabrae, erecto-patentes.

Variat *foliis* obsolete dentatis.

303. Erysimum, *Hederich.*

1) E. *officinale* foliis lyrato-runcinatis, siliquis appressis. *Offizineller Hed. Weegsenf, gelbes Eisenkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 509. *Ejusd.* Enum. p. 679. *Pers.* syn. pl. II. p. 199. *Hoffm.* Germ. II. p. 51. *Sturm.* D. Flor. I. 5. *Herb. Blackw.* t. 28.)

Sisymbrium officinale Roth. Germ. I. p. 291. III. p. 131. *De Vest* Man. bot. p. 589.

Ann. Flor. Majo-Septembri.

Hab. in ruderatis, ad vias et muros ubique copiose.

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, strictus, teres, scabriusculus, ramosus: *ramis* alternis simplicibus divaricatis. *Folia* alterna, petiolata, scabriuscula, pilosa, lyrato-runcinata: *pinnis* decurrentibus laciniato-dentatis, *extima* maxima 3-angulari. *Racemi* terminales, longi, nudi. *Petala* parva, sed calyce longiora, obtusa, lutea. *Siliquae* erectae, racemo adpressae, sub-octogenae, apice subulatae, breves, scabriusculae.

Herba, et semina acria.

2) *E. Barbarea* foliis inferioribus lyratis: lobo terminali rotundato, superioribus obovatis dentatis, si-

siliquis erecto-patentibus. *Stumpfblaettriger Hed. St. Barbarakraut, Barbenkraut, Winterkresse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd. Enum.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 283. III. p. 106.)

Sisymbrium Barbareae De Vest. Man. bot. p. 588.
Arabis Barbarea Bernh. Erf. p. 195.

Perenn. Flor. Majo-Augusto.

Hab. ad sepes, ad ripas, inque palustribus ubique.

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, interdum palmaris, erectus, strictus, sulcato-angulatus, glaber, ramosus. *Folia* atro-viridia, alterna, nitida, glabra, dentata; *inferiora* pinnato-lyrata: *laciniis* lineari-lanceolatis obtusis integris, *terminali* maxima rotundata obtuse denticulata apice saepe 3-fida; *superiora* sensim simpliciora amplexicaulia, *summa* indivisa. *Racemi* terminales, erecti, laxi, densi: *fructiferi* elongati. *Calyx* margine coloratus. *Petala* lutea, obtusa, calyce triplo fere longiora. *Siliquae* lineares, obtuse tetragonae, glabrae, polyspermae, erecto-patentes.

Herba acriuscula, amara.

In hortis variat *floribus* plenis.

3) *E. Alliaria* foliis cordatis dentatis, siliquis longissimis erecto-patentibus. *Knoblauchduftiger Hed. Knoblauchkraut, Waldknoblauch, Germsel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 510. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Herb. Blackw.* t. 272.)

Sisymbrium Alliaria De Vest M. b. p. 590. *Roth.* Germ. I. p. 291. III. p. 131.
Arabis Alliaria Bernh. Erf. p. 195.

Bienn.

Bienn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. ad sepes, ad muros, in pomariis et sylvis ubique abunde.

Caulis 1-2-pedalis, erectus, subsimplex, teres, laeviter striatus, *inferne* parum pubescens, coeterum glaber. *Folia* alterna, petiolata, cordato-subrotunda, sinuato-dentata, glabra, venosa, laete viridia: *superiora* sensim minora. *Racemus* terminalis, laxus. *Foliola calycina* subcolorata, valde caduca. *Petala* obtusa, nivea, calyce multo longiora. *Siliquae* praelongae, lineares, tetragonae, laeviter striatae, glabrae, *poly*spermae, erecto-patentes.

Variat *caule* palmari simplicissimo *inferne* pilis patentissimis dense vestito.

Odor totius plantae gravis, alliaceus.

4) *E. repandum* foliis lanceolatis repando-dentatis, racemis oppositifoliis, siliquis subsessilibus horizontalibus. *Ausgeschweifter Hed.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. III. p. 105. *De Vest* M. b. p. 583. *Jacq.* Austr. t. 22.)

E. ramosissimum Crantz. Stirp. austr. p. 29.

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in ruderatis, in agris, ad vias. (In ruderatis, in aggeribus, ad muros et in vineis circa *Wirceburgum* passim. In agris auf dem *Galgen-* und *Kreinberge,* versus *Geldersheim, Rimpar, Gramschatz, Dippach, Oberpleichfeld* et *Wipfeld* frequens. Ad muros et juxta vias infra *Karlenburg,* prope *Sachsenheim* et alibi.)

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectiusculus, flexuosus, angulatus, scabriusculus, ramosissimus: *ramis*

mis expansis. *Folia* alterna, petiolata, lanceolata, carinata, scabra, repando-dentata. *Racemi* terminales, oppositifolii, longi. *Calyx* scabriusculus, margine lutescens. *Petala* parva, lutea. *Siliquae* longissimae, filiformes, subquadrangulae, brevissime pedunculatae, incanae, horizontaliter patentes.

5) *E. cheiranthoides* foliis lanceolatis obsolete denticulatis, siliquis patulis stylo obtusiusculo terminatis. *Levcojenartiger Heder. Schottendotter.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 511. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 52. *Roth.* Germ. I. p. 282. III. p. 100. *De Vest* Man. bot. p. 581. *Jacq.* Austr. t. 23. *Schkuhr.* b. Handb. t. 183.)

E. parviflorum Pers. syn. pl. II. p. 199.

Cheiranthus muralis Bernh. Erf. p. 196.

Ann. bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias et muros fere ubique.

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, strictus, angulatus, scaber, *superne* ramosus. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, utrinque attenuata et scabriuscula: *inferiora* remote denticulata, *superiora* integerrima. *Racemi* terminales, multiflori: *fructiferi* valde elongati. *Flores* inodori. *Calyx* subpatens, luteus. *Petala* parva, lutea. *Siliquae* lineares, tetragonae, glabrae, patulae: *pedunculis* fere horizontalibus.

Variat *caulibus* demissioribus simplicibus, *foliis* latioribus et angustioribus, atque *omnibus* integerrimis *aut* denticulatis.

6) *E. hieracifolium* foliis lanceolatis remote serratis, siliquis erectis subadpressis. *Habichtskrautblaettriger Hed.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 680. *Pers.* syn. pl. p. 200. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 582. *Ehrh.* Beitr. VII. p. 156.)

Cheiranthus arvensis Bernh. Erf. p. 196.

Ann. Bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, ad muros et vias. (Ad muros circa arcem *Marienburg* et vinearum *der Leiste* passim frequens. In arvis, agris et muris circa *Capellam* montis *St. Nicolai*, prope *Giebelstadt*, *Sulzdorf*, *Rottenbauer*, *Bütthardt*, alibique rarius.)

Caulis 1 - 2 pedalis, erectus, angulosus, scabriusculus, ramosus: *ramis* alternis erectis. *Folia* patentia, lanceolata, basi attenuata, scabriuscula: *radicalia* numerosa petiolata ac profundius sinuato - dentata, *caulina* alterna sessilia latiora obsolete sinuato - denticulata, *summa* integra. *Racemi* terminales, densi, multiflori: *fructiferi* elongati. *Flores* speciosi, fere inodori. *Calyx* connivens, glaber, subcoloratus. *Petala* majuscula, obtusa, patentia, ochroleuca. *Siliquae* erectae, subadpressae, tetragonae, pubescentes, stigmate capitato subemarginato terminatae.

Sub *Cheirantho Erysimoide* apud plures authores planta haec latitare videtur.

7) *E. odoratum* foliis lanceolatis remote argute dentatis, petalis subrotundis, siliquis erectis strictis. *Wohlriechender Heder.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 512. *Ejusd.* Enum l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Ehrh.* Beitr. VII. p. 157.)

E. hieracifolium Roth. Germ. I. p. 283. III. p. 104. *Jacq.* Austr. t. 73.

E. *pannonicum Crantz.* Stirp. austr. p. 28.

E. strictum G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 451.

Bienn. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in muris et ruderatis. (In muris oppidi *Kitzingen* legit *cl. D. Lehmann*, et inter ruinas arcis *Karlsbu.ıg cl. D. Geist*)

Simile praecedenti, a quo differt: *ramis* patentibus, *foliis* magis lanceolato - linearibus argute sinuato-dentatis recurviusculis *pilis* raris 3 - 4 - partitis stellatis obsessis, *floribus* suaveolentibus, *racemis fructiferis* valde elongatis siliquis strictis dense imbricatis undique tectis.

304. Cheiranthus, *Levkoje.*

1) *Ch. Cheiri* foliis lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis, caule fruticoso. *Lack - Levk. Goldlack, gelber Veil.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 516. *Ejusd.* Enum. p. 680. *Pers.* syn. pl. II. p. 200. *Hoffm.* Germ. II. p. 53. *De Vest.* Man. bot. p. 596. *Herb. Blackw.* t. 179. *Knorr.* thes. I. t. V. 1.)

Perenn. bienn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in muris, hortis et vineis. (In muris hortorum intra *urbem* passim. In muris juxta *dem neuen Thore*, in muris oppidanis versus *dem Stockhausse*, et juxta *der Schneidmühle*, alibique copiose.)

Caulis 1 - 2 - 3 pedalis et major, erectus, glaber, ramosus, *inferne* sublignosus: *ramis* alternis angulosis. *Folia* alterna, breviter petiolata, lanceolata, acuta, subcarnosa, glabra, integerrima, *inferne* attenuata. *Flores* terminales, racemosi, alterni, pedunculati, magni, lutei, suaveolentes, aromatici. *Glandulae* inter ger-

germen et stamina. *Siliquae* erectae, compresso-tetraedrae, stigmate obtuso 2-fido terminatae.

In hortis variationes speciosissimae: *floribus* majoribus, plenis et semiplenis atque eleganter variegatis existunt.

305. Arabis, *Gaensekraut.*

1) *A. thaliana* foliis pilosis subdentatis: radicalibus petiolatis, caule erecto stricto ramoso, siliquis adscendentibus. *Gemeines Gaensekr. Schaafkraut, Thurmsenf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 535. *Ejusd.* Enum. p. 683. *Pers.* syn. pl. II. p. 204. *Hoffm.* Germ. II. p. 55. *De Vest* Man. bot. p. 593. *Schkuhr.* b. H. t. 185. *Sturm.* D. Fl. I. 11.)

Ann. Flor. Aprili-Septembri.

Hab. in agris arenosis et ad muros ubique.

Caulis digitalis, palmaris et pedalis, erectus, teres, tenuis, subfiliformis, rore glauco obductus, magis minusve ramosus, *inferne* hirsutus plerumque purpurascens, *superne* glaber. *Folia radicalia* in orbem digesta, petiolata, ad terram decumbentia, oblonga, obtusa, basin versus dentata, scabra, punctata, subtus purpurascentia, *caulina* alterna, remota, sessilia, angustiora, lanceolata, setuloso-ciliata, integra *aut* dentata, *suprema* linearia, acuta, integerrima. *Racemi* terminales; *fructiferi* elongati. *Flores* parvi: *pedunculis* longis solitariis alternis capillaribus, *fructiferis* patentibus. *Calyx* hirsutus. *Petala* obtusa, integra, calyce duplo longiora, alba: *unque* viridi. *Glandulae* 4 intra calycis foliola exiguae. *Siliquae* graciles, gla-

glabrae, obsolete tetragonae, polyspermae, pedunculo longiores.

306. Turritis, *Thurmkraut, Thurmkohl.*

1) *T. glabra* foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis amplexicaulibus glaberrimis integerrimisque. *Glattes Thurmkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 542. *Ejusd.* Enum. p. 685. *Pers.* syn. pl. II. p. 205. *Hoffm.* Germ. II. p. 57. *Roth.* Germ. I. p. 286. III. p. 114.)

Arabis Turritis De Vest. Man. bot. p. 595.

A. glabra Bernh. Erf. p. 195.

Bienn. Flor. Maj. Junio.

Hab. inter segetes et in nemorosis. (Inter segetes prope *Eivelstadt, Erlach, Theilheim, Ochsenfurth* et *Aub.* In agris et in nemorosis versus *Giebelstadt, Kirchheim, Stalldorf, Gelchsheim, Lengfurt, Waldbrunn* et alibi.)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, teres, tenuis, simplex, rore glauco obductus, basi pubescens, coeterum glaberrimus. *Folia radicalia* in orbem digesta, lanceolata, petiolata, profunde dentata, fere pinnatifida, pilosa, scabra, cito marcescentia, *caulina* alterna, sessilia, sagittato-amplexicaulia, glauco-viridia, integerrima et glaberrima. *Racemus* terminalis, laxus, demum elongatus. *Calyces* glabri, subcolorati. *Petala* parva, lanceolata, obtusa, albida, calyce longiora. *Siliquae* longae, lineares, teretiusculae, glabrae, strictae, racemo adpressae.

2) *T. hirsuta* foliis omnibus cauleque hirsutis. *Rauhhaariges Thurmkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 543. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Ic. rar. I. t. 126. *Schkuhr.* b. H. t. 185.)

Arabis hirsuta Roth. Germ. I. p. 285. III. p. 112. *Scopol.* Carn. II. p. 30. *De Vest* M. b. p. 596. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 461. *Bernh.* Erf. p. 195.

Bienn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in saxosis, ad muros, inque sterilibus siccis. (In collibus sterilibus circa *der Waldskugel,* prope *Kist, Rimpar, Unterdürrbach* et *Arnstein.* In saxosis et ad muros prope *Thüngen,* circa *der Vogelsburg* ad *Volkach,* prope *Riedenheim, Strüth, Burgerroth* etc. In aridis et pratis siccis prope *Trimberg, Ramsthal, Burghaussen, Schlüsselfeld, Adelsdorf,* circa *Hassfurth* et alibi.)

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, simplex, hirsutus. *Folia* hirta, laeviter serrata, pallide viridia: *radicalia* petiolata in orbem densum congesta ovata obtusa, *caulina* alterna sessilia ovato-oblonga basi sagittata: *angulis* postice obtusis. *Flores* in apice corymboso-recemosi. *Foliola calycina* glabra, margine albida. *Petala* erectiuscula, angusta, obtusa, alba: *unquibus* brevibus. *Siliquae* longae, graciles, lineares, subtetragonae, glabrae, primo racemo appressae, demum nutantes nitidae.

Variationem *foliis caulinis* inciso-dentatis imbricatis prope *Wechterswinkel* inveni.

307. Brassica, *Kohl.*

1) *Br. orientalis* foliis elliptico-cordatis amplexicaulibus glabris: radicalibus obovatis integris, siliquis tetragonis. *Morgenlaendischer Kohl.*

(L.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 545. *Ejusd.* Enum. p. 685. *Pers.* syn. pl. II. p. 206. *Hoffm.* Germ. II. p. 8. *Jacq.* Austr. t. 282.)

Erysimum perfoliatum Crantz. Stirp. austr. p. 27.

Er. glaucum Moench. Meth. p. 255.

Er. austriacum Roth. Germ. I. p. 282. III. p. 102.

Er. orientale De Vest. M. b. 583.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris et ad vias passim.

Caulis pedalis et major, erectus, teres, laevis, glaberrimus, glaucus, ramosus *aut* simplex. *Folia* sessilia, glaberrima, subcarnosa, laevia, integerrima, glauca, obtusa: *radicalia* obovata, *caulina* elliptico-cordata amplexicaulia perfoliata alterna. *Racemus* terminalis, nudus. *Calyces* erecti, conniventes. *Petala* angusta, patentia, albida, calyce longiora. *Siliquae* praelongae, strictae, glabrae, tetragonae, erecto-patentes.

Br. austriaca Jacq. Austr. t. 283, et aliorum authorum huc pertinere videtur.

2) *Br. campestris* radice cauleque tenui, foliis cordatis acuminatis amplexicaulibus, inferioribus lyratis dentatis subhispidis. *Feld-Kohl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 546. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 285. III. p. 113. *De Vest* Man. bot. p. 585.)

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad ripas arenosas, in agris. (Ad *Moeni* ripas infra *Thüngersheim*, versus *Retzbach* et *Karlstadt*, prope *Eivelstadt*, *Ochsenfurth*, *Kitzingen*,

Fahr, *Hassfurth* et alibi. Ad *Salae* ripas prope *Gemünden* et *Neustadt*. Ad *Tuberim* prope *Roettingen*. In agris prope *Oberpleichfeld*, *Wipfeld*, *Abb. Heidenfeld*, *Volkach*, *Neusses ad mont.* et alibi rarius.)

Radix subfusiformis, caulis inferioris partis crassitie. *Caulis* pedalis et altior, erectus, teres, ramosus, rore glauco quasi obductus, *inferne* pilis raris adspersus, coeterum glaberrimus. *Folia* glaucescentia, subtus pallidiora; *radicalia* et *infima caulis* lyrata rugosa dentata subtus ad venas praecipue piloso-scabra: *petiolis* latis amplexicaulibus, *superiora* et *ramea* remota sessilia amplexicaulia cordato-oblonga acuminata laevia glabra crassiuscula integerrima. *Flores* terminales, racemosi, remoti. *Calycis foliola* patentiuscula. *Petala* patentia, subrotunda, quam in praecedente duplo latiora, lutea. *Siliquae* teretiusculae, remotae, erecto-patentes, laeves, seminibus protuberantibus torulosae.

3) *Br. Napus* radice caulescente fusiformi, foliis laevibus: radicalibus lyratis dentatis, caulinis cordato-lanceolatis amplexicaulibus. *Rübsen-Kohl*, *Rübsaamen*, *Reps*, *wilde Steckrübe*.

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 547. *Ejusd.* Enum. p. 686. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Roth.* Germ. l. c. *Herb. Blackw.* t. 224.)

Br. oleifera Moench. Meth. p. 253.

Bienn. Flor. Aprili-Julio.

Hab. inter segetes, et ad margines agrorum quasi sponte. (In agris passim copiosissime colitur.)

Differt ab antecedente: *radice* fusiformi *superne* incrassata caulescente, *caule* multo altiore, *foliis radica-*

calibus et *inferioribus* non piloso-scabris, sed glabris, *superioribus* profunde dentatis.

Calyx patentiusculus coloratus. *Petala* aurea.

Ex seminibus oleum usitatissimum pressione paratur.

4) *Br. Rapa* radice caulescente orbiculari depressa carnosa, foliis radicalibus lyratis scabris, caulinis integerrimis laevibus. *Rüben-Kohl, weisse Rübe.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 548. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 286. III. p. 114. *Herb. Blackw.* t. 231.)

Bienn. Flor. aestate.

Hab. in arvis Angliae et Belgii. (Colitur abunde in agris.)

Praeter *radicem* orbicularem depressam *vel* obovatam carnosam, et *folia radicalia* scabra: *caulina* laevia integra cum praecedente convenit.

Planta culinaris ob *radices* carnosas esculentas notissima.

Plures ejus variationes: *radicibus* majoribus et minoribus, rotundis *aut* fusiformibus existunt.

5) *Br, oleracea* radice caulescente tereti carnosa, foliis omnibus glabris glaucis repandis lobatisve. *Gemüs-Kohl, Gartenkohl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Bienn. Flor. aestate.

Hab. in maritimis Angliae. (Colitur in agris, hortis et vineis cum pluribus variationibus copiosissime.)

Radix teres, *aut* magis rotundata, caulescens, ci-

ca-

catricosa. *Folia* glaberrima, glauca, crassiuscula, repanda et sinuata, forma varia. *Flores* magni, lutei. *Siliquae* longae, torulosae.

Hujus ultra 10 variationes in hortis nostris culinariis coluntur. (*Vid. Weinmann. Phytanth. Iconograph. I. tab.* 256 *et seq.*)

308. Sinapis, *Senf.*

1) *S. arvensis* siliquis multangulis toroso-turgidis rostro ancipiti longioribus, foliis ovatis sublyratis. *Acker-Senf, wilder Senf, falscher Hederich.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 554. *Ejusd.* Enum. p. 687. *Pers.* syn. pl. II. p. 207. *Hoffm.* Germ. II. p. 59. *De Vest.* M. bot. p. 585. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 186.)

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in agris, inter segetes et ad vias ubique.

Caulis pedalis, sesquipedalis, interdum altior, erectus, angulosus, hispidus, ramosus. *Folia* alterna, petiolata, ovata, inaequaliter dentata, subdecurrentia, hispida: *inferiora* sublyrata, *summa* sessilia. *Racemi* terminales, longi, laxi: *floribus* alternis. *Phylla* linearia, viridia. *Petala* patentia, lutea. *Siliquae* suboctangulae, teretiusculae, toroso-turgidae, laeves, patentes, *rostro* duplo breviori subtetragono compressiusculo laevi terminatae. *Semina* parva, nigricantia.

2) *S. alba* siliquis hispidis torosis rostro ancipiti brevioribus, foliis pinnatifidis. *Weisser Senf, gelber S. Gartensenf, englischer S.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 555. *Ejusd.* Enum. l. c.

Pers.

Pers. syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 586. *Sturm.* D. Fl I. 8. *Herb. Blackw.* t. 29.)

Ann. Flor. Majo - Julio.

Hab. in vineis et in arvis hinc inde.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, angulosus, hirtus, ramosus. *Folia* sinuato - dentata, scabra, erosa: *inferiora* profunde pinnatifida, *superiora* sublyrata. *Racemi* terminales, densi: *pedunculis* striatis, *fructiferis* horizontalibus. *Phylla* linearia, viridia. *Petala* flava. *Siliquae* toroso - articulatae, turgidae, angulosae, pilis copiosis albis rectis hispidae, *rostro* longiori obliquo ensiformi carinato instructae. *Semina* maxima, flavescentia.

3) *S. nigra* siliquis glabris tetragonis racemo adpressis, foliis ramulorum deflexis, summis lineari-lanceolatis integerrimis glabris. *Schwarzer Senf, Mestrig.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 446.)

Mutarda nigra Bernh. Erf. p. 197.

Ann. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in arvis, in ruderatis, et praesertim in salicetis ad ripas ubique copiose.

Caulis 2 - 3 - 4 - pedalis, erectus, teres, glaber, nitidus, ramosus. *Folia* alterna, petiolata, laete viridia; *radicalia* scabriuscula pinnata: *pinnis* sessilibus distantibus dentatis, *extima* maxima 3 - loba; *caulina* minora glabra denticulata, *suprema* et *ramea* subsessilia lineari - lanceolata denticulata *vel* integerrima pendula. *Racemi* terminales, longi, laxi: *pedunculis* laevibus 4 - angulis. *Phylla* colorata. *Petala* parva, pal-

pallide lutea. *Siliquae* breves, racemo adpressae, 4-angulae, laeves, toroso-turgidae: *rostris* brevissimis tetragonis laevibus. Semina nigricantia, quam in praecedentibus minora.

Semina, uti antecedentis, acria, rubefacientia.

309. Raphanus, *Rettig.*

1) *R. sativus* siliquis teretibus torosis 2-locularibus. *Zahmer Rett. Rübenrettig.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 560. *Ejusd.* Enum. p. 688. *Pers.* syn. pl. II. p. 208. *De Vest* Man. bot. p. 583. *Herb. Blackw.* t. 81.)

Ann. bienn. Flor. aestate.

Hab. in China. (In hortis et agris seritur ubique.)

Radix rapacea, figura, magnitudine atque colore varia. *Caulis* erectus, setis hispidus. *Folia* lyrata, scabra. *Calyx* hirsutus, viridis. *Petala* albida *aut* dilute violacea, venis saturatioribus picta.

Planta in hortis culinariis notissima. Ejus 5 *aut* 6 variationes ratione figurae, coloris et magnitudinis radicis inter se diversissimae apud nos coluntur.

2) *R. Raphanistrum* siliquis teretibus articulatis laevibus 1-locularibus. *Acker-Rettig, wilder Rett. Hederich.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 209. *Hoffm.* Germ. II. p. 60. *De Vest* Man. bot. p. 584. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 188.)

Raphanistrum innocuum Moench Meth. p. 217. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 473.

R. Lampsana Wib. Werth. p. 208.

Ann.

Ann. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in agris et inter segetes ubique.

Caulis 1 - 2 -pedalis, erectus, teretiusculus, glaber *vel* pilis raris adspersus, *superne* ramosus. *Folia* alterna, hispida, in petiolum decurrentia: *inferiora* pinnatifida sinuato - dentata basi auriculata, *superiora* subsessilia lyrata inciso - serrata. *Racemi* terminales, laxi. *Calyx* hispidus, connivens: *foliolis* 2 basi ventricosis. *Petala* patentia, alba *aut* lutea, striis violaceis *aut* nigricantibus picta. *Siliquae* erectae, teretes, articulatae, glabrae: *rostro* ensiformi.

Classis XVI.

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

310. Erodium.

Will. Aiton. Hort. Kew. 2. *p.* 414.

Cal. 5 - phyllus. *Cor.* 5 - petala regularis. *Glandulae* 5 ad basin staminum et totidem *squamulae* cum filamentis alternantes. *Sem.* 5 arillata aristata: *aristis* spiralibus introrsum barbatis.

Decandria.

311. Geranium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1118. *De Neck. el. b. n.* 1268. *Borkh. tent. n.* 303.

Ca-

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 5-petala regularis: *petalis* basi barbatis. *Glandulae* 5 basi filamentorum longiorum adnatae. *Sem.* 5 arillata aristata: *aristis* recurvis nudis.

Polyandria.

312. Althaea.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1132. *De Neck. el. b. n.* 1226. *Borkh. tent. n.* 500.

Cal. duplex: *exterior* 6-9-fidus, *interior* 5-fidus. *Caps.* plurimae in orbem digestae 1-spermae.

313. Malva.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1134. *De Neck. el. b. n.* 1227. *Borkh. tent. n.* 503.

Cal. duplex: *exterior* 3-phyllus, *interior* 5-fidus. *Caps.* plurimae in orbem digestae 1-spermae.

CLAS-

Classis XVI.

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

310. ERODIUM, *Reiherschnabel*, *Schnabelkraut.*

1) *Er. cicutarium* pedunculis multifloris, foliis pinnatis: pinnis pinnatifidis incisis, corollis calyce majoribus, aristis pilosis, caule hirto prostrato. *Schierlingsblaettriger Reiherschn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 629. *Ejusd.* Enum. p. 699. *Pers.* syn. pl. II. p. 224. *Hoffm.* Germ. II. p. 60. *De Vest* M. b. p. 471. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 190. b.)

Geranium chaerophyllum Roth. Germ. III. p. 136. *Wib.* Werth. p. 250. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 496.

Ann. Flor. Martio - Octobri.

Hab. in cultis, in ruderatis, ad vias, muros et plateas ubique.

Caules plures, adscendentes, divaricati, varie longi, plerumque digitales, palmares et longiores, teretes, villosi, geniculis incrassati, ramosi: *ramis* alternis diffusis. *Folia* petiolata, villosiuscula, laete viridia, pinnata: *pinnis* alternis oppositisque sessilibus acutis profunde incisis; *radicalia* numerosa in orbem dige-

sta

sta longius petiolata, *caulina* opposita. *Stipulae* ovatae, acutae, demum scariosae. *Pedunculi* axillares, oppositifolii, foliis longiores, erecti, alterni, villosi, umbellati, multiflori: *radiis fructiferis* deflexis. *Involucrum* multifidum, acutum, revolutum. *Calyx* ad basin usque 5-fidus: *laciniis* patentibus obtusis margine subcoloratis seta terminatis. *Petala* 5 calyce majora, obtusa, integra, purpurea, rubella *aut* albida: *venis* saturatioribus. *Filamenta* alterna breviora, purpurea, 5 modo antherifera. *Aristae seminum* pilosae.

Variatio acaulis: *foliis* multo minoribus et *pedunculo* brevissimo radicali primo vere in agris et arvis frequens est.

2) *Er. pimpinellifolium* pedunculis multifloris, foliis pinnatis: pinnis ovatis sessilibus inciso-dentatis, corollis calyce minoribus, aristis glabris, caule piloso decumbente. *Biebernellblaettriger Reiherschn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 630. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 61. *De Vest* M. b. l. c.)

Geranium cicutarium Roth. Germ. I. p. 292. III. p. 135. *Wib.* Werth. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 495.

Ann. bienn. Flor. Martio-Octobri.

Hab. in sterilibus, ad muros, plateas et in collibus graminosis ubique.

Simillimum antecedenti, a quo differt: *cotyledonibus* cordatis et indivisis, quae in illo tribolae sunt, *caulibus* terrae magis adpressis, *foliorum pinnis* basi latioribus et semper sessilibus, *corollis* calyce minoribus *aut* eum subaequantibus, et *seminum aristis* glabris.

De-

Decandria.

311. GERANIUM, *Storchschnabel.*

1) *G. sanquineum* pedunculis 1-floris, foliis 5-partitis 3-fidis orbiculatis, arillis laevibus apice setosis. *Blutrother Storchschn. Blutwurzel, rothe Hühnerwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 697. *Ejusd.* Enum. p. 713. *Pers.* syn. pl. II. p. 234. *Hoffm.* Germ. II. p. 61. *De Vest.* Man. bot. p. 651.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in saxosis, ad vias, in vineis et dumetosis ubique.

Radix lignosa, extus sanquinea. *Caules* plures, digitales, palmares et altiores, divaricati, teretes, geniculati, pilosi, rubentes, ramosi. *Folia* opposita, petiolata, villosa, saturate viridia, 5-7-lobata: *lobis* 3-fidis incisis. *Pedunculi* alares, praelongi, solitarii, pilosi, uniflori, bracteati: *floriferi* recti, *fructiferi* refracti. *Foliola calycina* sub-5-nervia, pilosa, aristata. *Petala* maxima, patentia, speciosa, obovata, emarginata, sanquinea. *Filamenta* sanquinea, distincta.

2) *G. sylvaticum* pedunculis 2-floris erectis calycibusque pilosis, foliis sub-7-lobis inciso-serratis nudiusculis, staminibus subulatis. *Wald-Storchschn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 703. *Ejusd.* Enum. p. 714. *Pers.* syn. pl. p. 235. *Hoffm.* Germ. p. 62. *De Vest.* M. bot. p. 647.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvaticis. (In *sylva vitihoechheimensi, gramschatzensi, guttenbergica, kitzingensi, in der Waldskugel* et in plurimis *sylvis rhoenanis.* In sylva-

vaticis et nemorosis prope *Gemünden* et *Graefendorf*. Im *Steigerwald* prope *Michelau* et *Eberach*. In sylvaticis circa *Abb. Heidenfeld*, ad *Bromberg*, alibique rarius.)

Caulis 1-2-pedalis et major, erectus, teretiusculus, geniculatus, *inferne* glaber et nudus, *superne* villosus foliosus dichotomus. *Folia* opposita, petiolata, subrotunda, rugosa, pilosa, subtus pallidiora, ultra medium 5-7-loba: *lobis* inciso-serratis; *radicalia* numerosa longius petiolata, *summa* atque *ramea* minora subsessilia 3-loba serrata. *Stipulae* binae, exiguae, subulatae. *Pedunculi* axillares et terminales, solitarii, pilosi, sub-2-flori, subcorymbosi, fastigiati. *Calyces* piloso-hirsuti, aristati. *Petala* magna, speciosa, patentia, obovata, emarginata, rubra *aut* rubro-coerulea: *venis* dilutioribus percussa.

3) *G. palustre* pedunculis 2-floris declinatis longissimis caule decumbente adscendente calycibusque hirsutis, foliis 5-lobis incisis, petalis integris. *Sumpf-Storchschn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 715. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 648.)

Perenn. Flor. Majo-Augusto.

Hab. in humidis umbrosis, ad lacus et ripas. (In humidis sylvarum *Waldskugel*, *Guttenberg*, *Gramschatz* et *Kitzingen*. Copiosius in nemorosis circa *Grossenlangheim*. In umbrosis humidiusculis *des Steigerwaldes* et in *sylva brombergensi*. In nemorosis humidis prope *Hirschfeld*, in *den Lacken*, et in sylva *Anspach* prope *Abb. Heidenfeld*. Im *breiten Holz* prope *Versbach*, et in nemorosis humidiusculis prope *Mühlhaussen*, alibique.)

Cau-

Caules plures, 1-2-3-pedales, debiles, obliqui, adscendentes, rarius erectiusculi, obsolete tetragoni, superne deorsum pilosi, ramosi: *geniculis* incrassatis. *Rami* alterni, pilosi, valde divaricati. *Folia* petiolata, subrotunda, utrinque villosa, profunde 5-7-loba: *lobis* trifidis obtusis denticulatis; *radicalia* longe petiolata numerosa, *caulina* breviter petiolata opposita, *summa* atque *ramea* sessilia minora. *Petioli* teretiusculi, hirsuti. *Stipulae* binae, angustae, erectae, glabrae. *Pedunculi* axillares et terminales, 2-flori, praelongi, hirsuti: *pedicellis* inaequali-longis, *fructiferis* declinatis. *Phylla* pilosa, plana, striata, aristata. *Petala* magna, speciosa, obovata, integra, purpurea, basi villosa, calyce triplo fere longiora. *Stamina* basi dilatata.

4) *G. pratense* pedunculis 2-floris erectis, foliis subpeltatis multipartitis rugosis acutis inciso-serratis villosis, petalis integris. *Wiesen-Storchschn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 705. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 63. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 190.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in pratis ubique.

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et altior, erectus, teretiusculus, tomentoso-incanus, ramosus. *Folia* subrotunda, subpeltata, venoso-rugosa, *supra* viridia, *subtus* tomentoso-incana, ad basin fere multipartita: *laciniis* 3-lobatis acutis; *radicalia* et *caulina inferiora* longe petiolata, *suprema* et *ramea* subsessilia. *Stipulae* utrinque 2 ad petiolorum basin, marcescentes, coloratae. *Pedunculi* terminales et axillares, 2-flori: *pedicellis fructiferis* rostro curvo brevioribus. *Phylla* striata, villosa, acuta, aristata. *Petala* ma-

maxima, speciosa, obtusa, integra, amoene coerulea, rarius alba. *Stamina* distincta, basi deltoideo-dilatata. *Capsulae* undique pilosae. *Semina* punctata.

Planta culta elegantissima.

5) *G. molle* pedunculis 2-floris solitariis alternis oppositifoliis, foliis rotundato-reniformibus lobatis crenatis villosis, arillis glabris corrugatis. *Weicher Storchschn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 710. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 64. *De Vest* Man. b. p. 649.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in ruderatis, ad muros, sepes, vias et plateas ubique.

Caules plerumque plures ex una radice, pedales *aut* sesquipedales, erectiusculi, basi saepissime decumbentes, teretes, parum ramosi *aut* simpliciusculi, pilis longis tenerrimis molles, *inferne* semper fere rubelli. *Folia* rotundato-reniformia, lobata, incisa, pallide viridia, utrinque molliter pubescentia; *radicalia* longe petiolata in orbem digesta ad medium 7-loba: *lobis* sub-3-fidis obtusis integris, *caulina* brevius petiolata opposita remota 7-5-loba, *suprema* breviter petiolata alterna profunde 5-partita: *laciniis* lanceolatis integris 2-et 3-fidis. *Stipulae* 4 oppositae, 2-fidae, pilosae, emarcidae. *Pedunculi* terminales et axillares, oppositifolii, pilosi, 2-flori: *pedicellis* defractis apice erectis basi bracteatis. *Phylla* ovata, acuminata, pilis longis vestita, mollia, mutica. *Petala* coerulea *aut* rubello-violacea, semi-2-fida, calyce duplo fere longiora. *Capsulae* glabrae, transversim rugosae. *Semina* laevissima.

Herba inodora, undique tactu mollissima.

6) *G. columbinum* pedunculis 2-floris folio triplo longioribus, foliis 5-partitis multifidis, petalis emarginatis calyce aristato longioribus, arillis glabris, seminibus reticulatis. *Tauben-Storchschn.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 711. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 65. *De Vest* Man. bot. p. 650)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in ruderatis, in agris, ad vias et sepes fere ubique.

Caules plures, palmares et pedales, procumbentes, teretes, nodosi, subvillosi, viridi-rubentes, saepe etiam fusco-rubelli, ramosi. *Folia* opposita, longe petiolata, orbiculata, utrinque scabriuscula, profunde 7-5-partita: *laciniis* linearibus acutis pinnatifidis. *Stipulae* subulatae, 2-3-fidae, rubellae. *Pedunculi* terminales et axillares, filiformes, folia multum superantes. *Bracteae* ad pedicellorum basin 4, subulatae, rubellae. *Calyx* magnus, 5-gonus: *foliolis* ovatis extus villosis margine membranaceis 3-nerviis *arista longa* terminatis. *Petala* calycis longitudine, oblonga, obtusa, emarginata cum mucrone interjecto, rosea. *Capsulae* carinatae, glabrae. *Semina* reticulato-punctata.

7) *G. dissectum* pedunculis 2-floris folio brevioribus, foliis 5-partitis: lobis 3-fidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis aristati, arillis villosis. *Schlitzblaettriger Storchschn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 712. *Ejusd.* Enum. p. 716. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in ruderatis, in agris, ad vias et sepes ubique.

 Cau-

Caules plures, palmares, pedales et longiores, erectiusculi, basi decumbentes, teretes, geniculati, villosuli, ramosi. *Folia* opposita, petiolata, scabriuscula, palmato-dissecta: *laciniis* linearibus incisis. Stipulae coloratae. *Pedunculi* axillares, 2-flori, foliis plerumque breviores *aut* ea subaequantes. *Calyces* 3-costati, breviter aristati. *Petala* calycem adaequantia, emarginata, purpurea. *Filamenta* alterna plerumque castrata, basi glandulosa: *antheris* coeruleis. *Pistillum* villosum. *Capsulae* undique villosae. *Semina* reticulata.

8) *G. rotundifolium* pedunculis 2-floris, petalis integris longitudine calycis aristati, foliis villosis: radicalibus reniformibus 7-lobis, caulinis subrotundis basi truncatis 5-lobis 3-fidis, arillis hirsutis. *Rundblaettriger Storchschn.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in cultis, in ruderatis, ad sepes et vias.

Caules palmares, pedales et majores, procumbentes, divaricati, ramosi, teretes, nodosi, molliter pubescentes, subviscidi, *inferne* saepe fusco-rubelli. *Folia* longe petiolata, molliter pubescentia, subviscosa; *radicalia* et *inferiora* opposita reniformi-subrotunda sub-7-loba: *lobis* obtuse et inaequaliter incisis, *superiora* alterna subrotunda basi truncata 3-fida. *Sinus foliorum* puncto rubro saepissime notati. *Petioli* plerumque rufi et foliis evidentius viscosi. *Pedunculi* terminales et axillares, 2-flori. *Bractea* ad pedicellorum basin setacea, 4-phylla, dilute rubra. *Calyx* pilosus, aristis obtusis ciliatis terminatus. *Petala* cune-

ne-

neato-elliptica, obtusissima, integra, laete purpurea *aut* dilute violacea, basi striata, calycem adaequantia *aut* eo parum longiora. *Filamenta* omnia antherifera: *antheris* flavis. *Capsulae* carinatae, undique hirsutae. *Semina* reticulata.

9) *G. malvaefolium* pedunculis 2-floris oppositifoliis, foliis reniformi-orbiculatis profunde 7-lobis 3-fidis mollibus, floribus 5-andris, petalis emarginatis longitudine calycis mutici, arillis pubescentibus. *Pappelblaettriger Storchschn.*

(*Scopol.* Carn. II. p. 37. *Roth.* Germ. III. p. 145. *Gmel.* Bad. III. p. 126. *Wib.* Werth. p. 251. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 489.)

G. pusillum L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 713. *Ejusd.* Enum. p. 717. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 64. *De Vest* M. b. p. 651.

Ann. Flor. Majo-Augusto.

Hab. in ruderatis, in agris, ad sepes et vias passim.

Antecedenti primo intuitu simillimum, sed differt: *caule* tenuiori erecto hirsuto non viscido, *foliis* cum *petiolis* villosulis non viscidis et magis dissectis: *laciniis* quibusdam ad basin usque sectis, *pedicellis* incrassatis, *phyllis* acuminatis muticis, *petalis* obcordatis emarginatis coerulescentibus calyce nunquam longioribus et *filamentis* alternis antheriferis: *antheris* coeruleis.

Variat *caulibus* minoribus procumbentibus ac minus hirsutis.

10) *G. robertianum* pedunculis 2-floris erectis paniculatis, foliis ternatis quinatisque 3-fido-pinnatifidis, petalis integris calyce 10-angulari aristato

 lon-

longioribus, arillis reticulato-rugulosis. *Stinkender Storchschn. St. Ruprechtskraut, Bockskraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 714. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 66. *De Vest* Man. b. p. 649. *Herb. Blackw.* t. 480.)

Ann. Flor. Majo - Septembri.

Hab. in ruderatis, in muris, in nemorosis et ad sepes ubique.

Caulis pedalis et altior, erectus, teres, pilosus, *geniculis* incrassatis rubris, ramosus: *ramis* divaricatis dichotomis saepissime rubris. *Folia* triangulari-subrotunda, pilis raris adspersa, nitida, laete viridia, 3-partita: *pinnulis* inciso-pinnatifidis, *radicalia* in orbem digesta longe petiolata, *caulina* opposita *petiolis* inaequali-longis. *Stipulae* ad petiolorum basin parvae, villosae, coloratae. *Pedunculi* terminales et axillares, erecti, 2-flori, subpaniculati, teretes, petiolis longiores. *Bracteae* ad pedicellorum basin minimae, purpureae. *Calyx* 10-angularis, hirsutus, saepissime coloratus: *foliolis* breviter aristatis alternis 3-costatis. *Petala* calyce longiora, ovata, obtusa, integra, purpurascentia. *Semina* laevissima.

Planta tota sero autumno, *aut* gelu tacta amoene rubet.

Odor herbae hircosus.

Polyandria.

312. ALTHAEA, *Eibisch.*

1) *A. officinalis* foliis simplicibus tomentosis sub-5-lobis. *Gemeiner Eib. Ibisch, Heilwurzel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 770. *Ejusd.* Enum. p.

p. 727. *Pers.* syn. pl. II. p. 248. *Hoffm.* Germ. II. p. 66. *De Vest* Man. bot. p. 808. *Schkuhr.* b. H. t. 192. *Herb. Blackw.* t. 90.)

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in humidis, ad sepes. (Juxta hortos et in vineis circa *Wirceburgum* hinc inde quasi sponte.)

Radix magna, fusiformis, ramosa, intus alba. *Caules* 2-3-4-pedales, erecti, teretes, albo-tomentosi, parum ramosi. *Folia* alterna, petiolata, cordato-ovata, acuta, sub-5-loba, inciso-crenata, holosericeo-tomentosa, mollissima. *Paniculae* axillares, multiflorae: *pedunculis* foliis brevioribus. *Bracteae* setaceae, multifidae. *Flores* speciosi, icarnati *aut* albidi.

Planta tota mollissima pubescens, atque, radix imprimis, mucilaginosa.

313. MALVA, *Malve.*

1) *M. rotundifolia* caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis 5-lobis, pedunculis fructiferis declinatis. *Rundblaettrige Malv. Kaesepappel, Hasenpappel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 786. *Ejusd.* Enum. p. 731. *Pers.* syn. pl. II. p. 251. *Hoffm.* Germ. II. p. 67. *De Vest* Man. b. p. 809. *Schkuhr.* b. Handb. t. 192. *Knorr.* thes. II. t. M. 1.)

Perenn. Flor. Junio - Octobri.

Hab. in ruderatis, ad vias, ad muros et plateas ubique frequens.

Caules palmares, pedales et longiores, decumbentes, teretes, pubescentes, ramosi. *Folia* alterna, petio-

tiolata, cordato-orbiculata, plicata, obsolete 5-loba, crenato-dentata, laeviter pubescentia. *Stipulae* ovatae, acutae, ciliatae. *Pedunculi* 3-4-5 fasciculati, axillares, nudi, 1-flori: *floriferi* erecti, *fructiferi* declinati. *Calyces* tomentosi. *Corollae* parvae, albae, venis purpureis pictae.

Herba fatua inodora mucilaginosa.

2) *M. sylvestris* caule erecto, foliis 7-lobatis acutis, pedunculis petiolisque pilosis. *Wilde Malv. Pferdepappel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 787. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. b. l. c. *Herb. Blackw.* t. 22.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in ruderatis, ad sepes, et ad pagos passim.

Differt ab antecedente: *caulibus* multo altioribus adscendentibus *vel* perfecte erectis scabris, *foliis* majoribus acute 7-lobatis, *pedunculis* longioribus: *fructiferis* quoque erectis, *calycibus* reticulato-rugosis, *corollis* multo majoribus albido purpurascentibus *venis saturatioribus* pictis.

3) *M. alcea* caule erecto, foliis inferioribus angulatis, superioribus 5-partitis. *Schlitzblaettrige Malv. Siegmarskraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 790. *Ejusd.* Enum. p. 732. *Pers.* syn. pl. p. 252. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 810. *Herb. Blackw.* t. 309.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in dumetis, ad vias fere ubique.

Caulis 2-3-pedalis, erectus, ramosus, teres, pilis fas-

fasciculatis stellato-expansis scaber. *Folia* alterna, petiolata, scabriuscula, profunde 5-partita: *lobis* 3-5-partitis. *Stipulae* exiguae, subulatae. *Flores inferiores* axillares, solitarii, *superiores* bini *aut* terni subumbellati. *Pedunculi* semper erecti. *Calyces* hirti. *Corollae* magnae, speciosissimae, roseae.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

314. Fumaria.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1154. *De Neck. el. bot. n.* 1378. *Borkh. tent. n.* 309.

Cal. 2-phyllus deciduus. *Cor.* irregularis *basi* calcarata. *Filamenta* 2 membranacea, singula *antheris* 3. *Silicula* 1-locularis evalvis 1-sperma.

315. Corydalis.

De Neck. el. b. n. 1380. *Persoon. syn. plant. II. p.* 268.

Cal. 2-phyllus. *Cor.* ringens. *Filam.* 2 membranacea, singula *antheris* 3. *Siliqua* 2-valvis polysperma.

Octandria.

316. Polygala.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1155. *De Neck. el. b. n.* 1381. *Borkh. tent. n.* 310.

Cal.

Cal. 5-phyllus persistens: *foliolis* 2 maximis alaeformibus coloratis. *Cor.* ringens 4-petala. *Legumen* obcordatum 2-loculare.

Decandria.

317. SPARTIUM.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1166. *De Neck. el. b. n.* 1333. *Borkh. tent. n.* 316.

Cal. 2-labiatus deorsum productus. *Stigma* longitudinale *supra* villosum. *Filamenta* germini adhaerentia.

318. GENISTA.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1167. *De Neck. el. b. n.* 1336. *Borkh. tent. n.* 311.

Cal. 2-labiatus 5-dentatus: *dentibus* 2 *superioribus* brevissimis. *Vexillum* oblongum a pistillo staminibusque deorsum reflexum. *Filamenta* e carina emergentia.

319. ONONIS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1173. *DeNeck. el. bot. n.* 1341. *Borkh. tent. n.* 312.

Cal. campanulatus sub-2-labiatus 5-fidus deciduus: *laciniis* linearibus. *Petala* distincta. *Vexillum* striatum obcordatum adscendens. *Legumen* turgidum sessile calycem superans. *Filamenta* connata absque fissura.

320. ANTHYLLIS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1174. *De Neck. el. bot. n.* 1308. *Borkh. tent. n.* 314.

Cal.

Cal. ventricosus 5-dentatus persistens. *Petala* distincta. *Vexillum* ovatum. *Legum.* subrotundum calyce turgido tectum.

321. Phaseolus.

Linn. Gen. pl. ed. Schr. n. 1180. *De Neck. el. bot. n.* 1359. *Borkh. tent. n.* 319.

Cal. 2-labiatus 5-dentatus. *Carina* cum staminibus styloque torta.

322. Pisum.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1184. *De Neck. el. bot. n.* 1354. *Borkh. tent. n.* 322.

Cal. 5-fidus: *laciniis* 2 *superioribus* brevioribus. *Stylus* 3-angularis, *supra* carinatus pubescens.

323. Orobus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1185. *De Neck. el. b. n.* 1349. *Borkh. tent. n.* 320.

Cal. basi ventricosus: *laciniis superioribus* profundioribus brevioribus. *Carina* recta. *Stylus* compresso-linearis.

324. Lathyrus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1186. *De Neck. el. b. n.* 1352. *Borkh. tent. n.* 323.

Cal. 5-fidus: *laciniis* 2 *superioribus* brevioribus. *Carina* orbicularis intorta. *Stylus* planus, *supra* villosus, *superne* latior.

325. Vicia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1187. *De Neck. el. b. n.* 1350. *Borkh. tent. n.* 321.

Cal.

Cal. 5-dentatus: *dentibus* 2 *superioribus* brevioribus. *Stylus* sub stigmate inferius transverse barbatus.

326. Ervum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1188. *De Neck. el. b. n.* 1351. *Borkh. tent. n.* 331.

Cal. 5-fidus longitudine fere corollae: *laciniis* subaequalibus. *Stigma* capitatum undique pubescens.

327. Lens.

Tournef. Elem. de Botan. p. 310. *tab.* 210.

Cal. 5-fidus: *laciniis* subulato-linearibus longitudine fere corollae. *Stylus* glaber. *Stigma* simplex. *Legum.* subinflatum lato-oblongum. *Semina* subrotunda, convexiuscula.

328. Robinia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1195. *De Neck. el. b. n.* 1328. *Borkh. tent. n.* 317.

Cal. 4-dentatus: *denticulo supremo* subemarginato. *Vexillum* subrotundum reflexo patens. *Legum.* strictum gibbum elongatum.

329. Coronilla.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1198. *De Neck. el. b. n.* 1319. *Borkh. tent. n.* 340.

Cal. sub-2-labiatus: *dentibus superioribus* connatis. *Vexillum* ovale alis vix longius. *Lomentum* teres longum rectum *isthmis* interceptum.

330. Hippocrepis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1200. *De Neck. el. b. n.* 1223. *Borkh. tent. n.* 338.

Cal. sub-2-labiatus. *Vexillum* oblongum erectum. *Carina* horizontalis. *Lomentum* compressum arcuatum *altera sutura* pluries excisum.

331. Hedysarum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1204. *De Neck. el. b. n.* 1316. *Borkh. tent. n.* 336.

Cal. 5-fidus. *Carinae apex* oblique truncatus. *Lomentum* articulo 1-spermo compresso.

332. Astragalus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1208. *De Neck. el. b. n.* 1309. *Borkh. tent. n.* 335.

Cal. 5-dentatus subregularis. *Petala* in longum producta. *Carina* obtusa. *Legumen* gibbum 2-loculare. *Semina* 2-serialia.

333. Melilotus.

Tournef. Elem. de Botan. p. 324. *tab.* 229. *De Neck. el. b. n.* 1303. *Borkh. tent. n.* 332. *Gaertn. tab.* 153.

Cal. tubulosus 5-dentatus: *denticulis* brevibus, *infimo* brevissimo. *Corolla* decidua. *Carina* adpressa alis et vexillo brevior. *Legum.* oligospermum dehiscens rugosum calyce longius.

334. Trifolium.

Tournef. El. d. Bot. p. 322. *tab.* 228. *De Neck. el. b. n.* 1302. *Borkh. tent. n.* 333, *Gaertn. tab.* 153.

Cal. tubulosus 5-dentatus: *denticulis* longis, *infimo* longissimo. *Corolla* persistens. *Carina* adpressa. *Legum.* oligospermum evalve calyce tectum.

335. Lotus.

L. *Gen. pl. ed. Schr. n.* 1212. *De Neck. el. b. n.* 1305.

Cal. tubulosus subaequalis. *Alae* sursum longitudinaliter conniventes. *Legumen* cylindricum strictum farctum.

336. Medicago.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1214. *De Neck. el. b. n.* 1300. *Borkh. tent. n.* 341.

Cal. sub-2-labiatus. *Vexill.* obovatum reclinatum. *Carina* a vexillo deflectens. *Legum.* compressum cochleato-contortum falcatumve.

Classis XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

314. Fumaria, *Erdrauch.*

1) F. *officinalis* siliculis globosis retusis, foliis supradecompositis: foliolis cuneiformi-lanceolatis incisis. *Gemeiner Erdr. Erdraute, Taubenkropf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 867. *Ejusd.* Enum. p. 741. *Pers.* syn. pl. II. p. 270. *Hoffm.* Germ. II. p. 70. *De Vest* Man. bot. p. 545. *Sturm.* D. Fl. I. 2. *Herb. Blackw.* t. 237.)

Ann.

Ann. Flor. Majo-Septembri.

Hab. in hortis, agris et vineis ubique.

Radix ramosa. *Caulis* palmaris et pedalis, ramosissimus, debilis, diffusus, glaber, succulentus, angulatus. *Folia* alterna, petiolata, glaberrima, laevia, glauco-viridia, bipinnata: *laciniis* cuneatis lobatis dilatatis. *Flores* breviter pedunculati, erecti, spicato-racemosi. *Racemi* terminales et laterales, oppositifolii, solitarii, laxi, multiflori. *Bracteae* exiguae, albidae. *Corollae* parvae, purpurascentes, postice in calcar breve obtusum compressum productae. *Siliculae* subglobosae, laeves, apice retusae et scrobiculatae, 1-spermae.

Variat interdum *corollis* albidis.

Herba succulenta, amariuscula,

2) *F. parviflora* siliculis globosis acutis, foliis supradecompositis: foliolis 3 partitis linearibus canaliculatis. *Kleinblüthiger Erdr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 868. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c, *Hoffm.* Germ. l. c.)

F. spicata Moench. Meth. p. 51.

F. tenuifolia G. M. Sch. Fl. d. Wetter. III. p. 14.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris et arvis. (In agris et arvis prope *Geldersheim*, *Mühlhaussen*, *Rimpar*, *Majnbrunn*, *Prosselsheim*, versus *Thüngersheim* et *Retzbach* raro. Copiose inter segetes circa *Thüngen* praesertim versus *der Capelle.*)

Ab antecedente, cui simillima est: *foliorum laciniis* angustissimis linearibus canaliculatis subtus convexis et nunquam dilatatis, *floribus* copiosioribus duplo

plo fere minoribus albidis et *siliculis* globosis acuminatis constanter differt.

315. Corydalis, *Lerchensporn.*

1) *C. bulbosa* bracteis oblongis integris, siliquis lanceolatis, caule erecto simplici. *Knolliger Lerchensp.*

(*Pers.* syn. pl. II. p. 269. *Willd.* Enum. p. 739.)

Fumaria bulbosa L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 860. *Hoffm.* Germ. II. p. 69. *De Vest* M. b. p. 544. *Herb. Blackw.* t. 534.

F. cava Ehrh. Beitr. B. VI. p. 145. *Wib.* Werth. p. 202. *Sturm.* D. Flor. I. 11.

F. *major Roth.* Germ. I. p. 300. III. p. 151.

Capnoides cava Moench. Meth. p. 52.

Borckhausenia cava G. M. Sch. Fl. d. Wetter. III. p. 17.

Pistolochia cava Bernh. Erf. p. 74.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvis umbrosis. (In umbrosis depressis *der Waldskugel,* in *sylva gramschatzensi* et in *saltu kitzingensi* hinc inde. Im *Steigerwald* versus *Gerolshofen* et in *sylva brombergensi.* In nemorosis humidiusculis *des Oelgrundes.* In sylvaticis prope *Kissingen, Waldaschach,* inter *Huhn* et *Schmalwasser,* alibique.)

Radix subrotunda, tuberosa, demum subtus excavata. *Caulis* palmaris et major, erectus, simplex, glaber, bifolius. *Folia* alterna, longe petiolata, glabra, 3-pinnatifida: *laciniis* incisis glabris. *Racemus* terminalis, fere digitalis, erectus, nudus, subsecundus: *flori-*

floribus alternis pedunculatis. *Bractea* ad quemvis florem solitaria, ovato-lanceolata, integerrima, glabra, flore brevior. *Corollae* calcaratae, purpurascentes *vel* albidae. *Calcar* semiunciale fere, obtusum, apice decurvum.

2) *C. digitata* bracteis cuneatis digitatis, siliquis lanceolatis, caule erecto subsimplici. *Gefingerter Lerchensp.*

(*Pers.* syn. pl. l. c.)

C. Halleri Willd. Enum. p. 740.

Fumaria Halleri L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 863. *De Vest* M. b. l. c. *Spreng.* Hal. p. 200.

F. solida Hoffm. Germ. l. c. *Ehrh.* Beitr. B. VI. p. 146. *Wib.* Werth. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 748. *Knorr.* thes. I. t. H. 9.

F. minor Roth. Germ. I. l. c. III. p. 153.

F. digitata Schrank. Bavar. II. p. 242.

Capnoides solida Moench. Meth. l. c.

Borckhausenia solida G. M. Sch. Fl. d. Wetter. III. p. 18.

Pistolochia solida Bernh. Erf. l. c.

Perenn. Flor. Martio-Majo.

Hab. in sylvis et nemorosis montanis. (Passim in iisdem cum praecedente locis. Praeterea in montibus *Soden*- et *Reissenberg*, in *saltu guttenbergensi* et in sylva *Huck* plura specimina legi.)

Similis antecedenti, a qua facile distinquitur: *radice* obovata solida subtus nunquam excavata, *caule* minore inferne vaginato, *foliis* minoribus, *racemo* breviori, *bracteis* cuneiformibus digitato-partitis longitudine florum, *floribus* duplo fere minoribus et *calcare* angustiore recto sursum spectante.

O c-

Octandria.

316. **Polygala,** *Kreuzblume, Kreuzwurz.*

1) *P. vulgaris* caulibus adscendentibus, foliis lineari-lanceolatis: infimis ovatis minimis. *Gemeine Kreuzbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 873. *Ejusd.* Enum. p. 741. *Pers.* syn. pl. II. p. 271. *Hoffm.* Germ. II. p. 71. *De Vest* Man. bot. p. 626.)

Perenn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in pascuis, in sylvis et ad colles ubique.

Radix lignosa, repens. *Caules* plures, digitales et palmares, adscendentes, interdum omnino decumbentes, angulosi, glabri, basin versus ramosi. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, acuta, integerrima, glabra: *inferiora* latiora, sed breviora, *superiora* sensim longiora et angustiora. *Racemus* terminalis, spicatus, laxus, secundus, multiflorus. *Bracteae* 3 lanceolatae, breves, coloratae, ad quemvis pedicellum. *Corollae* plerumque coeruleae, saepe etiam violaceae *aut* purpureae et incarnatae, rarius albidae. *Calyx* colore corollae, demum viridescens.

2) *P. amara* caulibus erectis, foliis lanceolatis: infimis obovatis maximis. *Bittere Kreuzbl. Ramsel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 872. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 627.)

P. amarella Crantz. Stirp. austr. p. 438.

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in nemorosis et sylvaticis nemorosis. (In sylva prope *Stetten ad Werr.* et ad ejus margines. In sylva *Huck* prope *Wipfeld,* in *saltu kitzin-*

tzingensi, in nemorosis prope *Mühlhaussen* et circa *Abb. Heidenfeld.* Im *Steigerwald* passim frequens. In collibus *sylvae guttenbergicae,* in monte *Sodenberg*, im *Oelgrund* et in multis adhuc aliis locis saepe frequens.)

Simillima priori, a qua facile distinquitur: *amaritie* totius plantae insigni linquae diu inhaerenti, *caulibus* pluribus erectis *aut* saltem erectiusculis, *foliis* firmioribus lanceolatis: *radicalibus* et *caulinis infimis* obovatis majoribus et *floribus* minoribus.

Decandria.

317. Spartium, *Pfriemen.*

1) *Sp. scoparium* foliis ternatis simplicibusque, ramis angulatis, leguminibus margine pilosis. *Besenartiger Pfr. Besenstrauch, Kühnschrotten.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 933. *Ejusd.* Enum. p. 744. *Pers.* syn. pl. II. p. 287. *Hoffm.* Germ. II. p. 72. *De Vest.* Man. bot. p. 697. *Schkuhr.* b H. t. 195. *Knorr.* thes. II. t. S. *Herb. Blackw.* t. 244.)

Genista hirsuta Moench. Meth. p. 144.

G. scoparia Spreng. Hal. p. 200.

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis arenosis, inque rupestribus fere ubique.

Frutex 2-6-pedalis, erectus, sempervirens, ramosissimus: *ramis* alternis erectis virgatis strictis angulatis glabris. *Folia* parva, alterna, petiolata, ovata, utrinque pubescentia, integerrima, ternata: *superiora* simplicia oblonga. *Flores* pedunculati, axillares, solitarii, nutantes. *Calyx* subcampanulatus, 2-labiatus, hians, glaber, saepe purpurascens: *labio superiore* 2-

inferiore 3-dentato. *Corollae* magnae, speciosae, sulphureae: *vexillo* patente intus basi striis fulvis notato. *Legumina* fere 2-uncialia, compressa, glabra, margine pilosa, matura nigra et elastice cum strepitu dessilientia. *Semina* compressa, nitida.

318. GENISTA, *Ginster.*

1) *G. sagittalis* ramis ancipitibus alatis articulatis, foliis simplicibus ovali-oblongis, floribus racemoso-spicatis. *Pfeilfoermiger Ginst. geflügelter Ginst. Erdpfrieme.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 938. *Ejusd.* Enum. p. 745. *Pers.* syn. pl. II. p. 287. *Hoffm.* Germ. II. p. 73. *De Vest* M. b. p. 698. *Jacq.* Austr. t. 209.)

Genistella racemosa Moench. Meth. p. 133.

Spartium sagittale Roth. Germ. I. p. 302. III. p. 159. *Wib.* Werth. p. 233.

Saltzwedelia sagittalis G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 498.

Suffrutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sterilibus arenosis, ad margines sylvarum. (In siccis sterilibus *sylvae guttenbergicae.* In arenosis prope *Ochsenfurth* versus *dem Kapuzinerkloster,* et circa *Aub* et *Roettingen* raro. Copiosissime *im Kapuzinerholz* prope *Ochsenfurth* et in via a pago *Kleinochsenfurth* versus *den erlacher Seen* sinistrorsum juxta sylvam et alibi.)

Caules e radice plures, palmares et majores, erecti, basi decumbentes, simplices, foliis decurrentibus undique alati, articulati: *inferne* lignosi, *superne* herbacei. *Folia* alterna, subsessilia, ovato-lanceolata, simplicia, integerrima, utrinque pilosa. *Racemus* termi-

minalis, laxus: *floribus* solitariis brevissime pedunculatis. *Calyx* 2-labiatus: *labio superiore* 2-*inferiore* 3-dentato, *denticulis* conniventibus. *Corollae* speciosae, luteae. *Stamina* connata. *Legumina* compressa, villosa, maturitate nigra.

2) *G. tinctoria* ramis teretibus striatis erectis inermibus, foliis lanceolatis glabris simplicibus. *Faerbe-Ginster, Faerberpfriemen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 939. *Ejusd.* Enum l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Genistoides tinctoria Moench. Meth. p. 133.

Spartium tinctorium Roth. Germ. I. l. c. III. p. 160. *Wib.* Werth. l. c.

Suffrutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvis et ad earum margines ubique.

Caulis pedalis et altior, erectiusculus s. perfecte erectus, *junior* plerumque decumbens, angulosus, duriusculus, *inferne* lignosus, a basi ramosus: *ramis* alternis erectis strictis angulatis inermibus viridibus. *Folia* alterna, sessilia, conferta, lanceolata, acuminata, integerrima, nitida, glabra *vel* subtus et margine pilosiuscula. *Stipulae* 2 minimae, setaceae, ad foliorum basin. *Racemi* terminales, densi, multiflori: *floribus* alternis breviter pedunculatis. *Calyx* angulatus: *dentibus* lanceolatis acutis. *Corollae* luteae: *vexillis* acuminatis. *Legumina* nitida, glabra, polysperma.

3) *G. pilosa* foliis ovato-lanceolatis obtusis inferne sericeis, caule tuberculato decumbente inermi. *Haariger Ginst.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 941. *Ejusd.* Enum. l. c.

Pers. syn. pl. p. 288. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 208. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 195.)

Genistoides tuberculata Moench Meth. l. c.

Spartium pilosum Roth. Germ. I. p. 303. III. p. 161. *Wib.* Werth. l. c.

Suffrutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis sterilibus, in ericetis. (Inter *Retzbach* et *Thüngen* versus *dem Tannenwaeldchen* et *dem blauen Thurm* raro. In sterilibus prope *der Karlsburg* ad *Karlstadt*, et ad montem *Kalbensteinensem* hinc inde. In arenosis sterilibus prope *Gerbrunn, Dettelbach* versus *der Wallfarthskirche* et *Abb. Schwarzach.* In arenosis pinetis inter *Timbach* et *Rimpach*, prope *Neusses ad aren.* In ericetis et collibus sterilibus prope *Stetten ad Werr. Giebelstadt, Bütthardt, Arnshaussen, Nüdlingen, Schleichach* et alibi.)

Caules e radice lignosa plures, palmares et pedales, procumbentes, angulosi, tuberculati, ramosi, *inferne* praecipue lignosi. *Folia* alterna, plerumque solitaria, interdum terna, e tuberculis caulis et ramorum orientia, subsessilia, ovato-lanceolata, obtusa, integerrima, *supra* glabra, *subtus* pilis sericeis obsessa. *Racemi* terminales, longi, densi. *Flores* pedunculati, solitarii *aut* bini ex eodem tuberculo. *Calyces* extus sericei. *Corollae* luteae: *vexillo* postice villoso, *alis* glabris, *carina* obtusa villosa. *Legumina* compressa, nigrescentia, piloso-sericea.

4) *G. germanica* spinosa, ramis floriferis inermibus aphyllis, foliis hirsutis. *Deutscher Ginster, Stech-Ginster.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 944. *Ejusd.* Enum. p. 746. *Pers.*

Pers. syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 74. *De Vest* M. bot. p. 699. *Sturm.* D. Fl I. 12.)

Scorpius spinosus Moench. Meth. p. 134.

Voglera spinosa G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 500.

Fruticulus. Flor. Majo - Julio.

Hab. in sylvaticis aridis passim cum Genista tinctoria.

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, hirsutus, ramosus : *ramis vetustioribus* spinis validis compositis armatis, *junioribus* herbaceis inermibus. *Folia* alterna, petiolata, ovato-lanceolata, integra, hirsuta. *Racemi* terminales, inermes. *Calyces* hirsuti. *Corollae* flavae, quam in *Gen. tinctoria* minores, *vexillis* reclinatis ovalibus, *alis* et *carinis* desilientibus. *Legumen* breve, inflatum, villosum, maturitate nigrum.

319. Ononis, *Hauhechel.*

1) *O. spinosa* floribus racemosis solitariis, geminatisque, foliis ternatis et solitariis, caule ramisque villosis spinosis. *Dornige Hauh. Stuhlkraut, Frauenkrieg.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 989. *Ejusd.* Enum. p. 748. *Pers.* syn. pl. II. p. 289. *Hoffm.* Germ. II. p. 75. *De Vest* Man. bot. p. 700. *Herb. Blackw.* t. 301.)

Anonis spinosa Moench. Meth. p. 157. *Scopol.* Carn. II. p. 54.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, in pascuis, ad vias et colles steriles ubique copiose.

Radix lignosa, ramosa. *Caules* plurimi, pedales et 2-pe-

2-pedales, primo decumbentes, dein adscendentes, saepe etiam toti erecti *aut* basi solumodo procumbentes, teretes, ramosi, villosi, rubelli, inferne praecipue lignosi, spinosi: *spinis* longis subulatis pungentibus. *Folia* alterna, petiolata, obovata, obtusa, glabriuscula, serrulata, basi integra: *inferiora* ternata, *superiora* solitaria. *Flores* breviter pedunculati, alterni, axillares et terminales, plerumque solitarii, saepe etiam geminati. *Calyces* piloso-glandulosi: *laciniis* acuminatis. *Corollae* speciosae, roseae, interdum albidae. *Legumina* brevia, ventricosa, villosa, calyce breviora.

2) O. *hircina* floribus racemosis geminatis, foliis inferioribus ternatis, superioribus solitariis, caule ramisque villoso-viscosis inermibus. *Stinkende Hauh.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* hort. vind. t. 93.)

O. arvensis Roth. Germ. I. p. 304. III. p. 167. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 252. *Wib.* Werth. p. 235. *Bernh.* Erf. p. 251.

Anonis arvensis Moench. Meth. l. c.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. cum praecedente, sed minus frequens.

Differt ab antecedente: *caulibus* erectiusculis *ramisque* villoso-viscidis constanter inermibus viridibus, interdum fusco-viridibus, *foliis* majoribus mox supra villosis, subtus nudis, mox utrinque villosis *aut* glabriusculis, et *corollis* parum majoribus.

Planta odoris hircini.

320.

320. ANTHYLLIS, *Wollblume.*

1) *A. Vulneraria* foliis pinnatis inaequalibus, capitulo gemino. *Gemeine Wollbl. Wundkraut, Wundklee.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* III. p. 1013. *Ejusd.* Enum. p. 751. *Pers.* syn. pl. II. p. 292. *Hoffm.* Germ. II. p. 75. *De Vest* Man. bot. p. 719. *Schkuhr.* b. H. t. 196. *Kern.* oekon. Pfl. I. t. 26.)

Vulneraria Anthyllis Scopol. Carn. II. p. 55.

V. heterophylla Moench. Meth. p. 146.

Perenn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in pascuis siccis, ad colles steriles et vias ubique.

Caulis palmaris et pedalis, adscendens, teres, pubescens, parum ramosus. *Folia* alterna, glaucescentia, subtus pilosa; *caulina* pinnata: *foliolis* lanceolatis integris maxime inaequalibus, *terminali* maximo, *radicalia* subsimplicia. *Capitula* terminalia, gemina, unicum simulantia, densa, multiflora, subrotunda: *floribus* sessilibus. *Bracteae* sub capitulo pubescentes 3-5 - fidae, inter flores autem exiguae setaceae. *Calyces* oblongi, membranacei, albidi, pilosi, ventricosi. *Corollae* speciosae, luteae. *Stamina* connata. *Legumina* calyce inflato inclusa.

321. PHASEOLUS, *Phaseole, Bohne.*

1) *Ph. vulgaris* caule volubili, racemo foliis breviore, bracteis calyce minoribus patentibus. *Gemeine Phas. Schneidbohne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1030. *Ejusd.* Enum. p. 752. *Pers.* syn. pl. II. p. 295.)

Ann.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in India orientali. (In hortis et vineis colitur ubique.)

Caulis 4-6-pedalis, volubilis. *Folia* petiolis supra canaliculatis, ternata: *foliolis* pedicellatis cordato-ovatis in acumen longum terminatis. *Racemi* solitarii. *Flores* plerumque albi, rarius dilute violacei. *Legumina* longa, pendula.

Plures ejus in hortis nostris culinariis existunt variationes, quas sub variis comprehenduut nominibus. Sic etiam *Semina* ratione magnitudinis, figurae atque coloris admodum variant.

2) *Ph. multiflorus* caule volubili, racemo longitudine foliorum, bracteis calyce minoribus adpressis. *Vielblüthige Phas. Scharlachbohne, türkische Bohne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 199.)

Ph. coccineus Pers. syn. pl. l. c.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in America calidiore. (In hortis et vineis cum praecedente.)

Ab antecedente: *caulibus* multo longioribus, *racemis* amplioribus folia adaequantibus, *floribus* coccineis majoribus, *leguminibus* latioribus longioribus ensiformibus et *seminibus* triplo majoribus plerumque eleganter variegatis constanter differt.

Variat *floribus* albis.

3) *Ph. nanus* caule erecto, bracteis calyce majoribus. *Niedere Phas. Zwergbohne, Brechbohne, Buschbohne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1036. *Ejusd.* Enum. p. 753. *Pers.* syn. pl. p. 296.)

Ann.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in India orientali. (In hortis et vineis frequentissime colitur.)

A praecedentibus *caulibus* imprimis pedalibus *aut* majoribus erectis ac nunquam volubilibus diversus.

Variat *seminibus* varie coloratis.

322. Pisum, *Erbse.*

1) *P. sativum* petiolis teretibus, stipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris. *Gemeine Erbse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1070. *Ejusd.* Enum. p. 757. *Pers.* syn. pl. II. p. 306. *De Vest* Man. bot. p. 730. *Herb. Blackw.* t. 83.)

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in agris hinc inde quasi sponte. (Colitur praeterea copiose.)

Caulis debilis, glaberrimus. *Folia* alterna, 2-3-juga: *foliolis* ovatis mucronatis. *Petioli* teretes, cirrho 3-fido terminati. *Stipulae* maximae, inferne rotundatae, crenatae. *Pedunculi* stipulis multo longiores, multiflori, interdum 2-3-flori. *Corollae* plerumque albae, saepius etiam roseae, rubrae *aut* violaceae.

Plures in hortis occurrunt variationes: *caulibus* altioribus et humilioribus, *leguminibus* magis carnosis, brevioribus et longioribus, *seminibus* majoribus, interdum subtetragonis.

2) *P. arvense* petiolis tetraphyllis, stipulis crenatis, pedunculis 1-floris. *Acker-Erbse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1071. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. II. p. 76. *De Vest* Man. bot. l. c. *Sturm.* D. Flor. I. 4.)

Ann.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris passim cum praecedente.

Priori affine, a quo differt: *caule* tenuiori, *foliis* 2-jugis, *stipulis* basi subacuminatis, *pedunculis* constanter 1-floris longitudine stipularum, *leguminibus* et *seminibus* duplo minoribus.

Semina grisea maculata. *Vexillum* corollae album venis purpureis pictum, *alae* atropurpureae.

Variat *corollis* totis albis.

323. Orobus, *Walderbse, Bergerbse.*

1) *O. vernus* foliis 3-jugis ovato-lanceolatis acuminatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici. *Frühlings - Walderbse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1073. *Ejusd.* Enum. p. 758. *Pers.* syn. pl. II. p. 303. *Hoffm.* Germ. II. p. 76. *De Vest.* Man. b. p. 720. *Sturm* D. Fl. I. 7. *Herb. Blackw.* t. 208. f. 1. 2.)

Lathyrus vernus Bernh. Erf. p. 248.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in nemorosis umbrosis ubique frequens.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, angulosus, glaber, simplex. *Folia* alterna, petiolata, glabra, pinnata: *foliolis* 6 oppositis sessilibus ovatis acutis integerrimis. *Stipulae* ad petiolorum basin oppositae, cordato - sagittatae, latae, integerrimae. *Racemus* axillaris, erectus, pauciflorus, unilateralis. *Corollae* speciosae, purpurascentes, demum coeruleae. *Legumina* erecta, glabra, rubicunda, maturitate nigra.

2) *O. tuberosus* foliis 3-4-jugis lanceolatis cuspi-

spidatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule subsimplici alato. *Knollige Walderbs. Fasanenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1074. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 77. *De Vest.* M. bot. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 200. *Sturm* D. Fl. I. 21.)

Lathyrus montanus Bernh. Erf. p. 247.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis, praecipue montosis fere ubique.

Radix tuberosa, extus nigra. *Caulis* pedalis et sesquipedalis, erectus, simplex, striatus, glaber, anceps, alatus: *alis* membranaceis. *Foliola* 6-8, superne nonnunquam 4 in petiolo communi alato opposita, lanceolata, glabra, integerrima, *arista* terminata. *Stipulae* uti in praecedente. *Racemus* axillaris, pauciflorus, subunilateralis. *Corollae* purpureae, mox coerulescentes. *Legumina* teretia, pendula, matura nigra.

Variat *caule* superne modo alato, inferne quadrangulo, *foliolis* linearibus acuminatis et *stipulis* ciliatis. *O. tenuifolius Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 253. *Roth.* Germ. I. p. 305. III. p. 170. — *O. linifolius G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 25.

3) *O. niger* foliis 6-jugis ovali-oblongis mucronulatis, stipulis lineari-acuminatis, caule ramoso. *Schwarze Walderbse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1076. *Ejusd.* Enum. p. 759. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 721. *Schkuhr.* b. H. t. 200.)

Lathyrus niger Bernh. Erf. p. 248.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in nemorosis et sylvis montosis passim.

Caulis 2-pedalis et altior, erectus, anceps, glaber, ramosus. *Folia* alterna, glabra, pinnata: *foliolis* plerumque 6 aut 10-12 oppositis ovato-oblongis mucronatis. *Petioli* mucrone terminati. *Stipulae* exiguae, lanceolatae, integerrimae. *Racemi* axillares, longe pedunculati, erecti, 6-9-flori, subsecundi. *Corollae* purpureae, demum pallide coeruleae. *Legumina* longa, teretia, glabra, pendula, matura nigra.

Planta siccata tota nigrescit.

324. Lathyrus, *Platterbse.*

1) *L. Aphaca* pedunculis 1-floris, cirrhis aphyllis, stipulis sagittato-cordatis. *Acker-Platterbse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1077. *Ejusd.* Enum. p. 759. *Pers.* syn. pl. II. p. 304. *Hoffm.* Germ. II. p. 77. *De Vest* M. bot. p. 726.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes. (In agris infra *Karlenburg*, atque inter segetes prope *Hirschfeld*, *Heidenfeld* et *Garsbach* perraro.)

Caulis palmaris et pedalis, debilis, decumbens, tetragonus, glaber, aphyllus, basi parum ramosus. *Stipulae* 2 oppositae, praemagnae, foliaceae, sessiles, cordato-sagittatae, glabrae, integrae, utrinque ad basin *denticulo* praeditae. *Cirrhi* alterni, solitarii, simplices, nudi, tetragoni, stipulis longiores. *Pedunculi* axillares, solitarii, 1-flori, apicem versus bracteolati, stipulis duplo longiores. *Flores* parvi, cernui, lutei. *Dentes calycini* lanceolati, acuti, corolla vix breviores. *Legumina* compressa, glabra. *Semina* nitidissima.

2)

2) *L. hirsutus* pedunculis sub-3-floris, cirrhis 2-phyllis, foliolis lanceolatis, leguminibus hirsutis, seminibus scabris. *Haarige Platterbs.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1086. *Ejusd.* Enum. p. 761. *Pers.* syn. pl. p. 305. *Hoffm.* Germ. p. 78. *De Vest* M. b. p. 728.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes. (Circa *Theres* pluries eam legit *Ill. Dir. Koerte.*)

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, ramosus, angulis membranaceis auctus. *Folia* alterna, petiolata, binata: *foliolis* lineari-lanceolatis integris trinerviis *subtus* scabriusculis. *Petioli* triquetri, margine membranacei, *cirrho* 3-fido terminati. *Stipulae* sagittatae, lanceolatae, mucronatae, integrae, basi nonnunquam denticulo uno alterove instructae. *Pedunculi* axillares, nutantes, sulcati, scabri, 2-rarius 3-flori, foliis longiores. *Flores* cernui, purpurei. *Legumina* longa, compressa, hirsuta. *Semina* rotunda, scabra.

3) *L. tuberosus* pedunculis multifloris, cirrhis 2-phyllis, foliolis oblongis mucronulatis, stipulis lineari-acuminatis, internodiis nudis. *Knollige Platterbs. Erdnuss, Erdeichel, Saubrod.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1088. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvis, in agris et ad ripas sabulosas fere ubique.

Radix tuberosa, nigricans. *Caules* 2-pedales et altiores, adscendentes, erecti, interdum procumbentes, angulosi, nudi, glabri, ramosi, *superne* alato-ancipites.

tes. *Folia* alterna, petiolata, glabra, 2-3-4 juga: *foliolis* ovatis acuminatis mucronulatis laete viridibus. *Petioli* alati. *Cirrhi* 3-fidi. *Stipulae* semisagittatae, lanceolatae, integrae. *Pedunculi* axillares, erecti, 4-6-flori, foliis multo longiores. *Calyx* glaber: *dentibus* brevibus. *Corollae* speciosae, elegantissime rubro-purpureae, suaveolentes. *Legumina* compressa, glabra.

4) *L. pratensis* pedunculis multifloris, cirrhis 2-phyllis simplicissimis, foliolis stipulisque lanceolatis, internodiis nudis. *Wiesen-Platterbs. gelbe Platterbs. Honigerbse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1089. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in pratis et dumetis ubique.

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et major, debilis, *cirrhis* scandens *aut* omnino procumbens, compresso-tetragonus, ramosus, glaber. *Folia* alterna, petiolata, glabra: *foliolis* binis oppositis elliptico-lanceolatis acutis integris. *Petioli* trigoni, longitudine stipularum, *cirrho simplici* terminati. *Stipulae* semisagittatae, lanceolatae, acuminatae, integrae. *Pedunculi* axillares, solitarii, longi, sulcati, apice multiflori: *floribus* erectis racemosis secundis. *Calyx* pilosus: *dentibus* setaceo-acuminatis. *Corollae* luteae, odoratae. *Legumina* erectiuscula, compressa, glabra, matura nigra. *Semina* pallide fusca.

Cirrhi nonnunquam 2-3-fidi.

5) *L. sylvestris* pedunculis multifloris, cirrhis 2-phyllis, foliolis ensiformibus acuminatis, stipulis line-

linearibus, internodiis membranaceis. *Wald-Platterbse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 729.)

Perenn Flor. Junio-Augusto.

Hab. in nemorosis, in sylvaticis montosis, in dumetis et ad vinearum margines dumetosas passim. (In *sylva gramschatzensi*, in der *Waldskugel* et alibi hinc inde frequens.)

Caulis 4-6-pedalis, interdum longior, debilis, *cirrhis* scandens, anceps, late alatus, ramosus, glaber. *Folia* alterna, petiolata, glabra: *foliolis* binis ensiformibus acutis 3-nerviis magnis integris. *Petioli* ancipites, alati, *cirrho* ramoso plerumque 3-fido terminati. *Stipulae* semisigittatae, longae, lanceolato-lineares, acuminatae, integrae. *Pedunculi* axillares, solitarii, longissimi, erecti, angulosi, plerumque 4-8-flori. *Calyces* glabri: *dentibus* setaceis rectis, *superioribus* brevioribus ac latioribus. *Corollae* speciosae, violaceo-purpureae. *Legumina* declinata, longa, angusta, compressa, glabra.

6) *L. palustris* pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis: foliolis ensiformi-lanceolatis acuminatis, stipulis semisagittatis lanceolatis, internodiis membranaceis. *Sumpf-Platterbse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1090. *Ejusd.* Enum. p. 762. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 79. *De Vest* M. b. l. c.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in nemorosis humidis, in paludosis. (In nemorosis paludosis sylvae *Anspach* prope *Abb. Heidenfeld*, im *Huck* prope *Wipfeld* et in *saltu ki-*

tzin-

tzingensi rarissime. Etiam in sylva prope *Stetten ad Werr.* cum *cl. D. Geist* specimina aliquot legi.)

Caulis sesqui-*aut* 2-pedalis, debilis, *cirrhis* sustentatus, adscendens, non raro omnino decumbens, anceps, glaber, simplex, lateribus utrinque *ala membranacea* praeditus. *Folia* alterna, petiolata, glabra, pinnata: *foliolis* oppositis 2-6-jugis ovali-lanceolatis integris nervosis mucronatis, *superioribus* angustioribus. *Petioli* trianguli, canaliculati, *cirrhis* ramosis terminati. *Stipulae* exiguae, semisagittatae, lanceolatae, mucronatae. *Pedunculi* axillares, solitarii, 2-4-6-flori, foliis duplo fere longiores: *floribus* unilateralibus cernuis pallide coerulescentibus *aut* purpureis. *Legumina* compressa, glabra, pendula.

Caulis interdum magis minusve ramosus.

325. Vicia, *Wicke.*

1) *V. pisiformis* pedunculis multifloris, foliolis ovatis mucronulatis: infimis sessilibus, stipulis ovato-lanceolatis semisagittatis dentatis. *Erbsenfoermige Wicke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1093. *Ejusd.* Enum. p. 762. *Pers.* syn. pl. II. p. 306. *Hoffm.* Germ. II. p. 79. *De Vest* Man. b. p. 731. *Jacq.* Austr. t. 364.) *Perenn. Flor. Jun. Julio.*

Hab. in sylvaticis et montosis. (In sylvis *Gramschatz*, *Guttenberg* et *Kitzingen.* Copiosius hinc inde in der *Waldskugel.* In nemorosis prope *Versbach*, *Mühlhaussen*, *Zell*, *Waldbrunn* et *Kleinochsenfurth.* Im *Steigerwald* versus *Gerolzhofen* et *Eberach.* Ad montes *Kalbenstein* et *Kalmut*, alibique infrequens.)

Radix praelonga, repens. *Caulis* 3-6-pedalis, debi-

bi-

bilis, adscendens, angulosus, striatus, glaber, ramosus. *Folia* alterna, glabra, pinnata: *foliolis* 4-6-8 subsessilibus ovato-subrotundis integris obtusis mucrone tenui terminatis subtus glaucis, *infimis* 2 cauli affixis. *Cirrhi* multifidi. *Stipulae* exiguae, ovatae, acuminatae, basi denticulatae, foliolis infimis obtectae. *Pedunculi* axillares, rigidi, erecti, sulcati, glabri, longi, multiflori: *floribus* confertis secundis. *Corollae* parvae, striatae, ochroleucae. *Legumina* compressa, glabra, nitida, pendula, maturitate nigra.

2) *V. sylvatica* pedunculis multifloris folio longioribus, foliolis ellipticis, stipulis lunatis setaceo-dentatis. *Wilde Wicke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1095. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 80. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Vicioides sylvatica Moench. Meth. p. 136.

Wiggersia sylvatica G. M. Sch. Fl. d. Wetter. III. p. 33.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in nemoribus, praecipue montosis. (In nemorosis prope *Zell, Versbach, Majnbrunn, Rottendorf* et *Ochsenfurth.* Frequens hinc inde in sylvis *Gramschatz, Waldskugel, Guttenberg* et *Huck* prope *Wipfeld.* Im *Steigerwald* versus *Handthal* et alibi.)

Radix ramosa. *Caules* 2-pedales et majores, debiles, *cirrhis* adscendentes, sulcati, glabri, ramosissimi. *Folia* alterna, petiolata, multijuga: *foliolis* approximatis ellipticis obtusis integris glabris 3-nerviis arista tenui mucronatis. *Cirrhi* multifidi. *Stipulae* amplexicaules, parvae, lunatae, palmato-dentatae. *Pedunculi* axillares, striato-sulcati, erecti, multiflori,

flori, foliis longiores: *floribus* cernuis racemosis secundis. *Calyx* brevis: *dentibus* setaceis. *Corollae* speciosae, grate odorae, albidae, lineis punctisque coeruleis notatae. *Legumina* teretiuscula, pendula, glabra.

3) *V. Cracca* pedunculis multifloris folio longioribus: floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis semisagittatis integris dentatisve. *Vogelwicke.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1098. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 732. *Kern.* oekon. Pfl. I. t. 23.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in nemoribus, in dumetis et sepibus ubique.

Radix repens. *Caules* 2-3-pedales et longiores, debiles, *cirrhis* scandentes, angulosi, sulcati, pubescentes, ramosi s. magis simplices. *Folia* alterna, longa, multijuga: *foliolis* approximatis oblongo-lanceolatis obtusis s. acutiusculis mucronulatis integris involutis enerviis utrinque magis minusve pubescentibus. *Cirrhi* tripartiti. *Stipulae* semisagittatae, lineari-lanceolatae, integrae, non raro etiam dentatae. *Pedunculi* axillares, solitarii, sulcati, multiflori, foliis parum longiores: *floribus* numerosissimis racemosis deflexis secundis arcte imbricatis. *Calyx* tubulatus, subcoloratus, glaber: *denticulis superioribus* obsoletis convergentibus. *Corollae* coeruleo-violaceae. *Styli* undique pilosi. *Legumina* compressa, glabra, venosa, fusca, pendula.

4) *V. tenuifolia* pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis linearibus acuminatis glabriusculis 3-nerviis, stipulis linearibus integerrimis, caule erecto flexuoso. *Dünnblaettrige Wicke.*

(L.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1099. *Ejusd.* Enum. p. 763. *Pers.* syn. pl. p. 307. *Hoffm.* Germ. p. 81. *Roth.* Germ. I. p. 309. III. p. 183. *De Vest* Man. bot. l. c.)
V. Gerardi Willd. Prod. Fl. ber. n. 736.
Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in arenosis. (In collibus arenosis, sylvaticis siccis et in agris versus *patibulum* prope *Ochsenfurth*, in vicinia urbiculi *Marktsteft*, prope *Sulzdorf*, *Volkach*, *Prosselsheim*, *Thüngen*, *Karlenburg*, *Schoenau* et alibi.)

A praecedente, cui simillima: *caule* humiliori erecto flexuoso basi ramosissimo, *foliolis* linearibus acuminatis 3-nerviis subpubescentibus, *stipulis inferioribus* semisagittatis, *superioribus* linearibus, *floribus* paucioribus violaceis, et *leguminibus* duplo minoribus constanter diversa.

5) *V. sativa* leguminibus sessilibus subbinatis, foliolis oblongo-ovatis truncatis mucronatis, stipulis dentatis maculatis. *Zahme W. Saat-Wicke, Futterwicke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1104. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 733. *Herb. Blackw.* t. 429.)
Faba sativa Bernh. Erf. p. 250.
Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. inter segetes, praecipue aestivales ubique. (In agris quoque copiose seritur.)

Caules varie longi, pedales, sesquipedales et longiores, scandentes *vel* prostrati, angulosi, sulcati, scabriusculi, parum ramosi. *Folia* alterna, pubescentia, multijuga: *foliolis* oppositis alternisve obverse lanceolatis retusis emarginatis mucronatis. *Cirrhi* trifidi.

 Stipu-

Stipulae semiamplexicaules, dentatae, subtus macula atra notatae. *Flores* axillares, subsessiles, gemini: *inferiores* saepe solitarii. *Calyx* arcte compressus, viridis: *dentibus* aequalibus rectis acuminatis. *Corollae* purpurascentes, rubrae, rarius albidae. *Legumina* erecta, compressa, villosula, fusca. *Semina* plurima, compressa, nigra.

Variat *seminibus* albis et nigro maculatis.

6) *V. angustifolia* leguminibus sessilibus subbinatis patentibus, foliolis imis ovatis retusis emarginatis: superioribus linearibus apice integerrimis, stipulis dentatis, seminibus globosis. *Schmalblaettrige W. Feldwicke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1105. *Ejusd.* Enum. p. 763. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c.)

V. sativ. β. Linn. spec. pl. 2. p. 1037.

Faba angustifolia Bernh. Erf. l. c.

Ann. Flor. Junio – Augusto.

Hab. in nemorosis et inter segetes. (*Im breiten Holz* et im *Taenn* prope *Versbach* raro. In agris circa *Gerbrunn, Rottendorf, Biebergau, Dettelbach, Rimpar, Mühlhaussen, Thüngersheim, Stetten* etc. Passim etiam in agris simul cum praecedente.)

Affinis antecedenti, a qua facile distinquitur: *caulibus* debilioribus tenuioribus magisque ramosis, *foliolis superioribus* linearibus angustis acutis integerrimis arista terminatis, *corollis* majoribus rubris, saepe carneis, *leguminibus* erectis demum horizontaliter patentibus angustioribus teretiusculis nigris nitidis glabris et *seminibus* minoribus nigerrimis globosis.

Certe species distincta. Culta etiam faciem non mutat.

7)

7) *V. lathyroides* leguminibus sessilibus solitariis glabris, foliolis senis: inferioribus obcordatis, stipulis integris, seminibus tuberculatis. *Platterbsenartige W. Frühwicke.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1106. *Pers.* syn. pl. p. 308. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 734. *Jacq.* Miscell. austr. II. p. 299. t. 18.)

Wiggersia lathyroides G. M. Sch. Fl. d. Wetter. III. p. 34.

Perenn. Flor. Aprili - Junio,

Hab. in arenosis, in arvis requietis. (In arenosis pinetis prope *Rimpach, Arnshaussen,* et *Retzbach* versus *Thüngen* raro. In collibus et arvis requietis prope *Ebenhaussen, Neustadt ad Saal. Aub, Gelchsheim* et *Tauberrettersheim* passim. In graminosis arenosis juxta *sylvam stettensem* cum *cl. D. Geist* specimina pauca legi.)

Radix fibrosa, tenuis. *Caulis* 3-4-uncialis, suberectus, *aut* decumbens, debilis, subquadrangulus, hirsutus, inferne parum ramosus. *Folia* alterna, 2-et 3-juga: *foliolis* subsessilibus integris mucronatis pilosulis, *infimis* obverse cordatis brevioribus et latioribus, *mediis* oblongis obtusis, *superioribus* angustioribus lanceolatis obtusis et longioribus. *Cirrhus* in petiolis infimis plerumque nullus, in superioribus simplex. *Stipulae* exiguae, semisagittatae, villosae. *Flores* axillares, sessiles, solitarii, erecti. *Calyx* hirsutus, corolla brevior: *denticulis* aequalibus. *Corollae* parvae, purpureo-coeruleae. *Legumina* erecta, oblonga, acuminata compressa, nigrescentia, nitida, glabra. *Semina* parva, globosa, cinerascentia, punctata.

Planta minima in apricis saepe 2-uncialis inter alias plantas latitans.

Folia

Folia infima saepissime 1-juga: *foliolis* exacte obcordatis.

8) *V. sepium* leguminibus pedicellatis subquaternis erectis glabris, foliolis ovatis obtusis integerrimis: exterioribus minoribus. *Heckenw. Zaunwicke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1109. *Ejusd.* Enum. p. 765. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 82. *De Vest* Man. b. l. c. *Kern.* oekon. Pfl. I. t. 36.)

Vicioides sepium Moench. Meth. p. 136.

Wiggersia sepium G. M. Sch. Fl. d. Wetter. l. c.

Faba sepium Bernh. Erf. p. 250.

Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in pomariis, in pratis, in nemorosis et ad sepes ubique.

Radix repens. *Caulis* sesquipedalis, 2-pedalis et major, cirrhis adscendens *aut* decumbens, debilis, tetragonus, sulcatus, glaber, simplex. *Folia* alterna, multijuga: *foliolis* subpedicellatis ovatis obtusis mucronulatis integerrimis glabris margine villosulis, *exterioribus* sensim decrescentibus. *Cirrhus* 3-fidus in petiolorum apice. *Stipulae* subrotundae, acute dentatae, macula fusca utrinque notatae. *Pedunculi* axillares, solitarii, brevissimi, flores paucos in racemulum secundum nutantem colligentes. *Calyx* pilosus, atropurpureus: *denticulis* minimis inaequalibus. *Corollae* purpureo-violaceae, rarius albidae. *Legumina* ex tereti compressa, glabra, nitida, nigra, erecta: *immatura* horizontalia. *Semina* globosa, laevia, fusca, nigropunctata.

9) *V. Faba* leguminibus subsessilibus ternis torulosis, foliolis ovatis integerrimis, petiolis absque cir-

cirrhis, stipulis sagittatis basi dentatis. *Sau-Wicke, Saubohne, Rossbohne, Bufbohne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1111. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 735. *Herb. Blackw.* t. 19.)

Faba vulgaris Moench. Meth. p. 150. *Bernh.* Erf. p. 250.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. prope mare Caspium in confiniis Persiae. (In hortis et agris passim abunde colitur.)

Caulis 2-3-4-pedalis et altior, erectus, firmus, glaber. *Foliola* ovata, acuminata, glabra, integerrima. *Cirrhi* nulli. *Stipulae* magnae, sagittatae, basi dentatae, coeterum integrae. *Flores* axillares, brevissime pedunculati, gemini *aut* terni, interdum solitarii. *Calyx* glaber, tubulosus: *dentibus* subaequalibus. *Corollae* speciosae, magnae, albae: *alis* in medio macula atra holosericea notatis. *Legumina* maxima, oblonga, farcta, 2-4-sperma: *juniora* carnosa, *matura* coriacea. *Semina* reniformia, compressa, glaberrima, nitida, alba.

In plantis cultis 4 circiter variationes: *seminibus* majoribus et minoribus, maturatione proceriori (*Mazaganbohne*) et *leguminibus* curvatis atque *seminibus* fuscescentibus (*Windsorbohne*) invicem distinctae observantur.

326. Ervum, *Erve.*

1) *E. tetraspermum* pedunculis 2-floris, leguminibus glabris 4-spermis, foliolis oblongis truncatis. *Viersaamige Erve, Feldwicke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1112. *Ejusd.* Enum. p.

p. 766. *Pers.* syn. pl. II. p. 309. *Hoffm.* Germ. II. p. 82.)

Vicia gemella Crantz. stirp. austr. p. 389.

V. tetrasperma Moench. Meth. p. 148. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 38. *Bernh.* Erf. p. 249.

Cicer tetraspermum De Vest Man. bot. p. 718.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes, in sylvaticis, in vineis et ad ripas arenosas passim.

Caules 1-2-pedales, tenues, debiles, tetragoni, glabri, *cirrhis* ramosis sustentati. *Folia* alterna, pinnata, glabra: *foliolis* 6-8 oppositis lineari-lanceolatis obtusis integris mucrone tenui terminatis. *Stipulae* semisagittatae, acutae, integrae. *Pedunculi* axillares, solitarii, filiformes, suberecti, plerumque 2-interdum 1-flori, foliorum longitudine. *Corollae* parvae, albidae, venis purpurascentibus notatae. *Legumina* teretiuscula, glabra, pendula, bruniuscula, plerumque 4-etiam 3-raro 5-sperma. *Semina* globosa, fuscescentia, nigro-punctulata.

2) E. *hirsutum* pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis 2-spermis, foliolis linearibus obtusis. *Behaarte Erve, rauhe Feldwicke.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1113. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 202.)

Cicer hirsutum De Vest Man. bot. p. 719.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes, etiam in sylvis ubique.

A praecedente differt: *caulibus* longioribus, *foliolis*

lis pluribus parum latioribus truncatis, *stipulis inferioribus* plerumque 2-4-dentatis, *pedunculis* 3-6-floris et *leguminibus* hirsutis 2-spermis maturitate nigrescentibus.

327. Lens, *Linse.*

1) *L. sativa* pedunculis sub-2-floris, seminibus compressis, foliolis integerrimis. *Zahme L. gemeine L. Kochlinse.*

L. esculenta Moench. Meth. p. 131. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 21.

Ervum Lens Pers. syn. pl. II. p. 309. *Roth.* Germ. I. p. 321. III. p. 219.

Cicer Lens L. sp. pl. ed *Willd.* III. p. 1114. *Ejusd.* Enum. p. 766. *Hoffm.* Germ. II. p. 83. *De Vest* Man. bot. p. 718. *Schkuhr.* b. H. t. 202.

Lathyrus Lens Bernh. Erf. p. 248.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in Europa australi. (In agris frequentissime colitur, et inter segetes passim quasi sponte crescit.)

Caulis pedalis et major, erectiusculus, angulosus, simplex *aut* ramosus. *Folia* alterna, pinnata, *cirrho* terminata: *foliolis* alternis lanceolatis integerrimis emarginatis cum acumine brevi, subtus villosis. *Stipulae* integrae. *Pedunculi* axillares, villosi, 2-3-flori. *Calyx* villosus: *laciniis* setaceis corolla saepe longioribus. *Corollae* parvae, albae. *Stylus* superne villosulus. *Legumina* subcompressa, convexiuscula, 1-2-3-sperma. *Semina* orbicularia, convexiuscula.

Variat *seminibus* majoribus et minoribus.

328. Robinia, *Robinie*, *Schottendorn*.

1) *R. Pseudacacia* foliis impari pinnatis, stipulis spinosis. *Virginische Robin. unaechter Schottend. Heuschreckenbaum.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1131. *Ejusd.* Enum. p. 769. *Ejusd.* berlin. Baumz. p. 298. *Pers.* syn. pl. II. p. 311. *Du Roi* harbk. wild. Baumz. ed. *Pott.* II. p. 155. *Wangenh.* amer. 16. t. 7. f. 19. *Borkhaus.* Holzart. p. 74. *Schmidt.* oester. Baumz. I. p. 31. t. 32. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 42.)

Pseudacacia odorata Moench. Meth. p. 145.

Arbor. Flor. Junio.

Hab. in America boreali. (In hortis, ad aedes, passim etiam ad ambulacra frequentissime hospitatur.)

Arbor formosissima, praealta, 60-80 pedes attingens, citissime crescens. *Lignum* albidum, vetustius perdurum. *Folia* ampla, alterna, petiolata, imparipinnata: *foliolis* 11-19 pedicellatis oppositis alternisve ellipticis integerrimis utrinque glabris laete viridibus mucrone tenui herbaceo terminatis. *Stipulae* in ramis herbaceis parvae foliaceae, in lignosis in spinas validas mutatae. *Racemi* longi, penduli: *pedicellis* 1-floris. *Flores* speciosi, suaveolentes. *Stylus* sub stigmate villosus. *Legumen* magnum, oblongum, compressum, gibbum, polyspermum, fuscum. *Semina* nitida, fusco-nigrescentia.

329. Coronilla, *Kronenwicke*, *Peltschen*.

1) *C. coronata* suffruticosa erecta, foliolis novenis ellipticis: internis cauli approximatis, stipulis oppo-

positifoliis lanceolatis. *Gelbe Kronenw. gekröente Peltschen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1151. *Ejusd.* Enum. p. 774. *Pers.* syn. pl. II. p. 314. *Hoffm.* Germ. II. p. 86. *De Vest* M. b. p. 715. *Jacq.* Austr. t. 95.)

C. montana Scopol. Carn. II. p. 72. t. 44. *Schrank.* bajer. Flor. II. p. 272.

Suffrutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis apricis. (In montibus *Kalbenstein* et *Kalmut* raro. In sylva ad *Veitshoechheim* sec. *cl. D. Lehmann*, ubi vero incassum hucusque eam quaesivi.)

Radix lignosa, repens, luteo-fusca. *Caules* plures, palmares, pedales et altiores, erecti s. adscendentes, teretiusculi, glabri, firmi, *inferne* fruticosi. *Folia* petiolata, alterna, impari-pinnata: *foliolis* 9 etiam 7 et 11 distantibus oppositis alternisve brevissime pedicellatis obovatis obtusis integris glabris glaucis arista terminatis, *pari infimo* cauli arcte approximatis. *Stipula* solitaria, lata, 2-fida, nonnunquam 2-phylla. *Pedunculi* solitarii, axillares, erecti, teretes, glabri, nudi. *Flores* suaveolentes, in umbellam densam multifloram collecti, penduli: *pedicellis* tenuibus plerumque rubellis. *Calyces* subcolorati. *Corollae* speciosae, luteae. *Legumina* cylindrica, rostrata, articulata, pendula. *Semina* oblonga, nitida.

2) *C. varia* herbacea decumbens, foliolis plurimis ovatis glabris, leguminibus teretibus erectis. *Bunte Kronw. gemeine Peltsch. Taubenwicke, Schaaflinse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1153. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* M. bot. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 205. *Kern.* oekon. Pfl. I. t. 17.)

Perenn.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, in versuris, ad dumeta et ripas arenosas ubique.

Radix ramosa, repens. *Caules* plures, sesquipedales, 2-pedales et longiores, debiles, decumbentes, herbacei, sulcati, glabri, ramosi. *Folia* alterna, impari-pinnata: *foliolis* 15-19 pedicellatis oppositis alternisve obovatis obtusis integris glabris *inferne* glauco-viridibus arista brevi terminatis. *Stipulae* binae, lineares, breves, patentes. *Pedunculi* axillares, solitarii, sulcati, nudi, erecti, folio longiores. *Flores* pedicellati, in umbellam densam multifloram subglobosam collecti, primo erecti, demum deflexi. *Calyces* virides. *Corollae* speciosae, ex albo et roseo purpurascentes. *Legumina* subulata, articulata, 5-gona, glabra: *immatura* pendula, *matura* erecta. *Semina* obtusa, cylindrica, glabra.

330. Hippocrepis, *Pferdehuf, Hufeisen.*

1) *H. comosa* foliis pinnatis, pedunculis multifloris umbellatis. *Deutscher Pferdeh. schopfiges Hufeisen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1159. *Ejusd.* Enum. p. 775. *Pers.* syn. pl. II. p. 315. *Hoffm.* Germ. II. p. 87. *Schkuhr* b. H. t. 206. *Jacq.* Austr. t. 431.)

H. ramosa De Vest. Man. b. p. 716.

Ferrum equinum multiflorum Moench. Meth. p. 119.

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in locis sterilibus apricis, in collibus, in montosis et sylvis ubique.

Radix sublignosa, ramosa, repens. *Caules* plures, ses-

sesquidigitales, palmares et majores, procumbentes, sulcati, glabri, ramosi. *Folia* impari-pinnata, *radicalia* in orbem digesta, *caulina* alterna: *foliolis* multis subsessilibus oppositis obovatis obtusis integris aristatis glauco-viridibus mox utrinque glabris mox pagina una alterave villosulis. *Stipulae* lanceolatae, integerrimae, glabrae. *Pedunculi* axillares, solitarii, sulcati, glabri, foliis longiores. *Flores* umbellati: *pedicellis* brevibus 1-floris nutantibus. *Bracteae* parvae, ovatae, albidae, interdum rubellae. *Calyx* campanulatus, glaber, longitudine pedicelli. *Corollae* luteae. *Legumina* compressa, glabra, arcuata: *sutura inferiore* sinubus pluribus excavata. *Semina* reniformia.

331. HEDYSARUM, *Hahnenkopf*, *Süssklee*.

1) *H. Onobrychis* leguminibus aculeato-dentatis, caule erecto, foliis pinnatis. *Futter-Hahnenk. Esparsette, Heiligheu, Türkenklee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1215. *Ejusd.* Enum. p. 779. *Pers.* syn. pl. II. p. 324. *Hoffm.* Germ. II. p. 88. *De Vest* M. bot. p. 717. *Jacq.* Austr. t. 352. *Kern.* oekon. Pfl. I. t. 49. *Sturm.* D. Fl. I. 19.)

Onobrychis Viciaefolia Scopol. Carn. II. p. 76.

O. spicata Moench. Meth. p. 122. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 81. *Bernh.* Erf. p. 242.

O. sativa Schrank. bajer. Fl. II. p. 275.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad vias et in collibus passim frequens.

Caules plures, palmares, 1-2-pedales, erecti toti *vel* basi decumbentes, teretes, sulcati, parum ramosi. *Fo-*

Folia alterna, impari-pinnata: *foliolis* 9-13 lineari-oblongis acutiusculis integris aequalibus *supra* glabris *subtus* villosiusculis glauco-viridibus. *Stipulae* lanceolatae, acuminatae, scariosae. *Pedunculi* axillares, praelongi, adscendentes, nudi, pilosiusculi. *Spica* terminalis, longa, cylindrico-ovata, speciosa: *floribus* erectis pedicellatis imbricatis. *Bracteae* persistentes, angustae, emarcidae, pedicellis longiores. *Dentes calycini* subulati, calyce ipso longiores. *Corollae* pallide carneae, venis sanquineis percussae: *alis* calycem vix superantibus. *Legumina* subrotunda, compressa, rugosa, 1-sperma, cristato-echinata, pedunculo appressa, non dehiscentia. *Semina* reniformia, glabra, cinerea.

Variat *caulibus* majoribus et minoribus, *foliolis* utrinque glabris et incanis atque *seminibus* nigricantibus.

332. Astragalus, *Tragant, Bocksdorn, Wirbelkraut.*

1) *A. glycyphyllos* foliis 5-6-jugis: foliolis ovalibus glabris, leguminibus hamatis glabris. *Süssholzblaettriger Trag. wildes Süssholz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1276. *Ejusd.* Enum. p. 783. *Pers.* syn. pl. II. p. 338. *Hoffm.* Germ. II. p. 92. *De Vest* M. bot. p. 723.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemorosis. (In nemoribus et sylvis prope *Versbach, Zell, Kist, Mühlhaussen*, et *Stetten.* In sylvis *Gramschatz, Waldskugel, Guttenberg, Kitzingen, Steigerwald* et *Bromberg.* Im *Oelgrund* versus *Karsbach*, inque montibus *Soden*- et *Reissenberg.* In sylvati-

vaticis et nemorosis infra *Gemünden*, *Wolfsmünster*, *Graefendorf*, alibique non infrequens.)

Radix praelonga, ramosa, repens. *Caules* plures, 2-3-pedales, nonnunquam longiores, procumbentes, diffusi, teretes, articulati, ramosi, glabri. *Folia* alterna, magna, glabra, laete viridia, impari-pinnata, multijuga: *foliolis* oppositis alternisve ovalibus obtusis integris aristatis reticulato-venosis. *Stipulae* magnae, ovato-lanceolatae, subdenticulatae. *Pedunculi* axillares, solitarii, sulcati, multiflori, spicati, foliis longiores. *Calyces* membranacei, campanulati, glabri, luteo-virides: *dentibus* setaceis. *Corollae* pallide luteae: *vexillis* emarginatis, *alis* acuminatis. *Legumina* subtriquetra, arcuata, glabra, polysperma.

2) *A. Cicer* foliis multijugis: foliolis oblongis pubescentibus, leguminibus ovatis inflatis. *Kicherartiger Trag. wilde Kichern.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1275. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 93. *De Vest* M. b. p. 722. *Jacq.* Austr. t. 251. *Kern.* oekon. Pfl. I. t. 19.)

Perenn. Flor. *Jun. Julio.*

Hab. in nemorosis, ad agros, ad vias. (In nemorosis prope *Versbach*, *Rottendorf* et *Estenfeld*. In *sylva gramschatzensi* versus pagum *Gramschatz* et *Arnstein*. Im *Steigerwald*, inque *sylva brombergensi* et ad marginem *sylvae stettensis* prope *Stetten a. W.* Im *Huck prope Wipfeld*, in nemorosis *des Oelgrundes* et in *sylva guttenbergica* passim. Ad vias et agros prope *Rossbrunn*, *Uettingen*, *Homburg*, *Oberschwarzach*, *Rimbach* et alibi rarius.)

Radix repens. *Caules* plures, 1-2-*vel* 3-pedales, decumbentes, subsulcati, glabriusculi, ramosi, fistulosi.

losi. *Folia* alterna, impari-pinnata: *foliolis* numerosis oppositis subsessilibus oblongis obtusis sublanceolatis aristatis integris saturate viridibus utrinque pilis adpressis obsitis. *Pedunculi* axillares, solitarii, spica brevi subrotunda densa terminati. *Corollae* albido-lutescentes. *Legumina* subglobosa, inflata, compressa, mucronata, pilis albis et nigris dense vestita. *Semina* reniformia, compressa, glabra, obscure flava.

333. Melilotus, *Steinklee.*

1) *M. officinalis* leguminibus racemosis nudis 2-spermis subrugosis ovatis subcompressis acutis, stipulis subulatis. *Offizineller Steinkl. gelbe Melilote.*

(*Willd.* Enum. h. b. p. 790. *Pers.* syn. pl. II. p. 348. *Moench* Meth. p. 111. *Schrank.* bajer. Flor. II. p. 279. *Bernh.* Erf. p. 242. *Herb. Bl.* t. 80.)

Trifolium officinale L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1355. *Hoffm.* Germ. II. p. 94. *Scopol.* Carn. II. p. 85.

Tr. Melilot. officinalis Linn. sp. pl. 1078. n. 4. *De Vest* Man. bot. p. 706. *Roth.* Germ. I. p. 313. III. p. 195. *Sturm* D. Fl. I. 15.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in pratis, in ruderatis, ad sepes et ripas ubique.

Caulis 1-2-3-pedalis, erectus, sulcatus, ramosus, glaber. *Folia* alterna, petiolata, ternata: *foliolis* lanceolato-ovatis obtusis dentatis glabris, *extimo* longius pedicellato. *Stipulae* 2 oppositae, parvae, lineari-subulatae. *Pedunculi* axillares, solitarii, nudi, villosiusculi, erecti, apice racemosi. *Racemi* longi, cylindrici, secundi, multiflori: *floribus* pedicellatis sparsis cer-

cernuis. *Calyx* campanulatus, pilosiusculus. *Corollae* parvae, flavae, venis fuscis pictae. *Carina* et *alae* longitudine vexilli. *Legumina* pendula, parva, subrugosa, ovata, subcompressa, acuta, 2-sperma. *Semina* suborbicularia.

Herba siccata *odore* gaudet valido suavi.

2) *M. vulgaris* leguminibus racemosis nudis 1-spermis rugosis obovatis acutis, stipulis setaceis. *Gemeiner Steinkl. weisse Melilote.*

(*Willd.* Enum. h. b. l. c.

Trifol. Melilot. officin. β. L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. III. p. 196. *Sturm.* D. Fl. I. 15. f. k.

Tr. Mel. albus De Vest M. b. l. c.

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. cum praecedente, sed minus frequens.

Stipulis setaceis, *corollis* paulo majoribus albis, *alis* carina longioribus, sed vexillo brevioribus, et *leguminibus* evidenter rugosis obovatis 1-spermis ab antecedente constanter diversa.

Planta per plurimos annos in horto culta faciem non mutavit.

Herba, praecipue siccata, uti in priori odorata.

3) *M. Kochiana* leguminibus racemosis nudis 2-spermis sublaevibus ovatis acutis compressis, stipulis dentatis, caule adscendente. *Kochischer Steinklee.*

(*Willd.* Enum. h. b. l. c.)

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in ruderatis, ad muros et ripas arenosas cum praecedentibus.

Caulis sesqui-aut 2-pedalis, adscendens, basi plerumque incurvus, parum ramosus, villosulus. *Stipulae* semper dentatae. *Corollae* flavae. *Vexillum* alis carinam aequantibus longius. *Legumina* nuda, per lentem rugosula, obovata, constanter 1-sperma.

Planta recens aeque ac siccata inodora, ideoque facillime a 2 praecedentibus distinquenda.

4) *M. Petitpierreana* leguminibus racemosis nudis rugosis obovatis 1-spermis, stipulis integris setaceis, caule adscendente. *Petitpierreanischer Steinklee.*
(*Willd.* Enum. h. b. l. c.)
Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad muros, in saxosis, passim, et promiscue cum praecedentibus.

Caulis quam in praecedente major, ramosior, adscendens, nonnunquam totus erectus, glaber. *Stipulae* setaceae, integrae. *Corollae* albae. *Carina* alis vexillum aequantibus brevior. *Legumina* 1-sperma, manifeste rugosa.

Odor omnino *Mel. officinalis* et *vulgaris*, et hinc inde etiam a *M. Kochiana* haut difficulter discernenda.

Haec et 2 antecedentes ab omnibus fere authoribus cum *Mel. officinali* hucusque conjunguntur.

334. TRIFOLIUM, *Klee.*

1) *Tr. hybridum* capitulis umbellaribus, leguminibus 4-spermis oblongis, dentibus calycinis subaequalibus, foliolis ovato-oblongis emarginatis serrulatis, caule adscendente. *Bastard-Kl. langblaettriger Kl.* (L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1359. *Ejusd.* Enum. p. 791. *Pers.* syn. pl. II. p. 348. *Hoffm.* Germ. II. p. 94. *De Vest* Man. b. p. 707. *Sturm.* D. Fl. I. 15.)
Tr. bicolor Moench. Meth. p. 111.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, ad sepes, ad ripas et fossas ubique.

Caules plures, pedales et sesquipedales, adscendentes, striati, glabri, ramosi. *Folia* alterna, longe petiolata, ternata: *foliolis* breviter pedicellatis ovalibus obtusis ciliato-serrulatis glabris. *Stipulae* acuminatae, aristatae, glabrae, integrae, basi albidae. *Pedunculi* axillares, solitarii, erecti, sulcati, foliis longiores. *Flores* umbellato-capitati: *inferiores* reflexi rosei *vel* carnei demum fusci, *coeteri* albidi patenti-erecti. *Calyces* glabri. *Legumina* reflexa, plerumque 4-saepe etiam 3-sperma.

2) *Tr. repens* capitulis umbellaribus, leguminibus 4-spermis oblongis, dentibus calycinis superioribus brevioribus, foliolis emarginato-obcordatis serrulatis, caule repente. *Kriechender Kl. weisser Kl. weisser Honigklee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 792. *Pers.* syn. pl. p. 349. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Sturm.* D. Fl. l. c.)

Perenn. Flor. Majo-Augusto.

Hab. in pratis, in pascuis et ad vias ubique.

Caules digitales *aut* palmares, repentes et radicantes, teretes, glabriusculi, ramosi s. simplices. *Foliola* subpedicellata, mox obcordata *aut* subrotunda, mox subrhomboidea, argute serrulata, glabra, striata, ma-

 cu-

cula lunulata saepissime notata. *Stipulae* ovato-lanceolatae, venosae, marcescentes. *Pedunculi* praelongi, axillares, solitarii, glabri, sulcati, adscendentes s. erecti. *Flores* umbellato-capitati, erecti, demum penduli. *Calyx* 2-labiatus, striatus, glaber. *Corollae* albae, demum fuscae, persistentes. *Legumina* oblonga, glabra, 3-4-sperma, corolla tecta.

Variatio minima: *foliolis* macula sanquinea basin versus elegantissime pictis extra urbem circa *dem Glacis* inter saxa e. gr. juxta *catarrhactam* hinc inde prouenit.

3) *Tr. rubens* spicis cylindraceo-oblongis, dentibus calycinis villosis: infimo longitudine corollae 1-petalae inaequalis, stipulis ensiformibus, foliolis lanceolatis obtusis serrulatis, caule erecto. *Rother Klee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1366. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 350. *Hoffm.* Germ. p. 95. *De Vest* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 385. *Sturm.* D. Fl. l. c.)

Triphylloides rubens Moench. Meth. p. 509.

Lagopus glaber Bernh. Erf. p. 238.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis nemorosis et in ruderatis. (In nemorosis et saxosis inter *Randesacker* et *Theilheim*, prope *Kleinochsenfurth* versus *den erlacher Seen*, prope *Versbach*, *Rimpar*, *Gerbrunn*, *Gramschatz* et *Veitshoechheim.* In *sylva stettensi*, inter ruinas *arcis Karlsburg* et alibi satis frequens.)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, strictus, teres, striatus, subpilosus, fere simplex. *Foliola* longa, lanceolata, argute serrulata, venosa, striata, glabra, margine villosa. *Stipulae* maximae, lanceolatae, apice serratae:

tae: *summae* inflatae. *Spicae* axillares, solitariae, longe pedunculatae, fere digitales, speciosae, cylindricae, erectae: *floribus* sessilibus. *Calyces* glabri: *dentibus* pilosis, *infimo* longitudine corollae. *Petala* connata, rubentia. *Legumina* subrotunda, glabra, 1-sperma, calyce et corolla cincta.

4) *Tr. pratense* capitulis ovatis densis subgeminis involucratis, calycis dente infimo tubo corollae 1-petale inaequalis breviore, stipulis aristatis, foliolis ovalibus emarginatis integris pictis, caule adscendente. *Wiesenkl. Futterkl. rother Tollenkl. türkischer* oder *spanischer Klee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 793. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 708. *Sturm* D. Fl. l. c. *Herb. Blackw.* t. 20. *Knorr.* thes. II. t. T. 3.)

Triphylloides pratensis Moench. Meth. p. 510.

Lagopus pratensis Bernh. Erf. p. 239.

Perenn. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in pratis et pascuis ubique. (Seritur praeterea copiose in agris.)

Caules palmares, pedales et majores, adscendentes, teretes, parum ramosi, superne striati. *Foliola* ovata, obtusa, *aut* ovali-lanceolata, integra s. subcrenulata, pubescentia, macula plerumque sagittata alba *aut* nigricante supra praedita. *Stipulae* breves, latae, ovatae, venosae, scariosae, aristatae, vaginantes. *Capitula* terminalia, gemina *aut* solitaria, sessilia, interdum pedunculata, globosa *aut* ovata, obtusa, densa, multiflora, inter foliola 2 summa sessilia involucrum mentientia. *Flores* purpurei, rubelli, rosei *aut* albi, odorati: *petalis* connatis. *Dentes calycini* pilosi, *unicus*

cus coeteris aequalibus longior. *Legumen* sub-1-spermum, operculatum.

Variat *caulibus* e radice pluribus elatioribus, *foliolis* oblongis acutioribus, *capitulis* longius pedunculatis et *calycinis dentibus* magis pilosis. *Tr. pratens. sativum* Sturm. D. Fl. l. c.

5) *Tr. medium* spicis laxis subglobosis solitariis, dente calycino infimo longitudine tubi corollae 1-petalae subaequalis, stipulis subulatis, foliolis oblongolanceolatis ciliatis, caule ramoso flexuoso. *Mittlerer Kl. gebogener rother Klee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1367. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Sturm* D. Fl. l. c.)

Tr. flexuosum Pers. syn. pl. II. p. 350. *Jacq.* Austr. t. 386. *Roth.* Germ. I. p. 314. III. p. 201. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 283. *G. M. Sch.* Fl. der Wetter. III. p. 65.

Lagopus flexuosus Bernh. Erf. l. c.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemorosis siccis, et in montosis passim.

Caulis palmaris et major, decumbens, adscendens, flexuosus, a basi ramosus. *Foliola* elliptica, tenuissime serrulata, ciliata, striato-venosa, margine pilosa, subtus glaucescentia. *Stipulae* lineares, acuminatae, conniventes, ciliatae: *summae* ovatae obtusae. *Capitula* plerumque gemina, pedunculata, subglobosa, laxa. *Calyx* glaber: *dentibus* linearibus rigidis pilis patentibus candidis obsessis. *Corollae* purpureae, 1-petalae, suaveolentes. *Legumina* 1-sperma.

Variat *caule, foliis* et *calycinis dentibus* pilosioribus, *floribusque* albidis.

6)

6) *Tr. alpestre* spicis densis subglobosis geminis involucratis, calycis dente infimo longitudine tubi corollae 1-petalae subaequalis, stipulis setaceis, foliolis lanceolatis lineatis tenuissime serrulatis, caule simplici stricto. *Alpenkl. Waldkl. aufrechter rother Bergklee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1368. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 96. *De Vest* M. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 433. *Sturm.* l. c.)

Triphylloides nervosa Moench. Meth. p. 510.

Lagopus montanus Bernh. Erf. l. c.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemorosis, in sylvis atque in montosis. (In nemorosis inter *Randesacker* et *Theilheim*, prope *Kleinochsenfurth* versus *Erlach*, circa *Geldersheim, Bergtheim, Estenfeld, Mühlhaussen, Versbach, Stetten, Thüngen* et *Abb. Heidenfeld.* In sylvis *Gramschatz, Guttenberg, Kitzingen* et alibi non infrequens.)

Maxime affine *Trifolio pratensi*, a quo differt: *caulibus* strictis pilosis, *foliolis* angustioribus, sed longioribus, lanceolatis magis nervosis margine pilosis, apice barbatis, *stipulis* longioribus angustioribus ciliatis, nec scariosis, sed viridibus, non aristatis et *capitulis* majoribus semper fere binis.

7) *Tr. ochroleucum* spicis villosis ellipticis, foliolis oblongis: infimis obcordatis, caule erecto ramoso pubescente. *Blassgelber Kl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1372. *Ejusd.* Enum. p. 794. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 709. *Jacq.* Austr. t. 40. *Sturm.* l. c.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in sylvaticis, in siccis lapidosis. (Specimina 2 ad marginem *sylvae stettensis* lecta a *cl. D. Geist* accepi, unicum in loco sterili lapidoso prope *dem Giesshübel* legi.)

Caulis palmaris *aut* pedalis, basi procumbens, dein erectus, teretiusculus, hirsutus, simplex. *Folia* alterna, remota, longe petiolata: *foliolis* subsessilibus integerrimis hirsutis ciliatis, *radicalibus* obcordatis subtus plerumque purpurascentibus *aut* maculis et striis purpureis notatis, *mediis* oblongis obtusis, *summis* linearibus angustioribus. *Stipulae* lanceolato-lineares, amplexicaules, subulatae, hirsutae: *summae* reliquis latiores. *Spica* pedunculata, terminalis, solitaria, erecta, elliptica, villosa. *Calyces* striati, hirsuti: *dente infimo* longiore. *Corollae* 1-petalae, ochroleucae.

8) *Tr. montanum* spicis subglobosis pedunculatis terminalibus sub-tribus, vexillis subulatis marcescentibus, calycibus nudis, stipulis lanceolatis acutissimis, foliolis lanceolatis serrulatis, caule erecto. *Bergkl. weisser Bergklee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1381. *Ejusd.* Enum p. 796. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 711. *Sturm.* l. c.)

Tr. album Crantz. Stirp. austr. p. 408.

Perenn. Flor. Maj.-Julio.

Hab. in pratis et nemorosis montanis, ad colles et in lapidosis siccis fere ubique.

Caulis palmaris, pedalis et major, basi declinatus, dein erectus, firmus, teres, angulatus, hirsutus, canescens, apice divisus, coeterum simplex. *Folia* alterna, remota, petiolata, *summa* brevissime petiolata. *Foliola* lanceolata, acuta, aristata, argute serrulata, venoso-

stri-

striata, subvillosa, subtus pallidiora. *Stipulae* lanceolatae, villosae, in acumen tenuissimum terminatae. *Spicae* 3 aut 2 terminales, pedunculatae, densae, ovatae, obtusae: *floribus* constanter albis *bracteis minimis* interstinctis. *Calyx* pilis raris adspersus: *dentibus* subaequalibus. *Vexillum* angustum, laeviter emarginatum, dimidia parte inflexum. *Legumina* parva, ovato-subrotunda, glabra, 1-sperma.

9) *Tr. arvense* spicis villosissimis subcylindraceis, dentibus calycinis setaceis aequalibus corolla longioribus, foliolis obovato-linearibus. *Ackerkl. Haasenklee, Katzenpfoetchen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1373. *Ejusd.* Enum. p. 794. *Pers.* syn. pl. p. 351. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 709. *Herb. Blackw.* t. 450. *Sturm* D. Fl. I. 16.)

Ann. Flor. *Junio - Augusto.*

Hab. in agris arenosis, inter segetes et ad vias ubique copiose.

Caulis digitalis, palmaris, interdum pedalis et altior, erectus, teres, villosus, ramosissimus, *inferne* saepe rubellus. *Foliola* integerrima, angusta, villosa, ciliata: *inferiora* cuneiformia obtusa emarginata, *superiora* sublanceolata acutiuscula nonnunquam emarginata, fere truncata. *Stipulae* lineares, membranaceae, connatae, villosae, apice subulatae. *Spicae* axillares terminalesque, pedunculatae, cylindraceae, obtusae, densae, multiflorae, villosissimae, canescentes *vel* pallide rubellae. *Calyx* villosissimus, 10-striatus: *dentibus* subulatis aequalibus calyce longioribus. *Corollae* parvae, albae: *alis* macula sauquinea intus notatis. *Legumina* calycibus inclusa, parva, subrotunda, glabra, 1-sperma.

10) *Tr. fragiferum* capitulis subrotundis longe pedunculatis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis pubescentibus: dentibus setaceis binis reflexis, caule repente, foliolis obovatis obtusis. *Erdbeerklee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1380. *Ejusd.* Enum. p. 796. *Pers.* syn. pl. p. 352. *Hoffm.* Germ. p. 98. *De Vest* M. b. p. 711. *Sturm.* l. c.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in graminosis humidis, in inundatis. (In humidis *fossae oppidanae* inter *dem neuen* et *pleichacher Thore.* In inundatis extra urbem inter easdem portas rarius. Ad ripas *Moeni* prope *Ochsenfurth, Sulzdorf, Zellingen, Karlstadt, Gemünden* et *Volkach.* In humidiusculis prope *Graefendorf, Wolfsmünster, Grossenlangheim*, circa *Abb. Heidenfeld* et alibi.)

Caules digitales et palmares, repentes, radicantes, glabri, angulati, ramosi, plerumque purpurascentes. *Folia* longe petiolata: *foliolis* obovatis s. ovali - subrotundis obtusis emarginatis serrulatis venosis glabris. *Stipulae* lineari - lanceolatae, subulatae, venis viridibus percussae. *Pedunculi* axillares, solitarii, erecti, teretes, glabriusculi, foliis multo longiores. *Capitula* parva, subrotunda, villosa, involucris polyphyllis setaceis suffulta: *fructifera* multo majora carnea et *Fragariae* fructum quasi repraesentantia. *Calyx* tubulosus, villosus, 5 - dentatus: *dentibus* 3 *inferioribus* acuminatis, *superioribus* 2 paulo longioribus subulatis, demum maxime ventricosus, scariosus, reticulato - venosus, rubicundus, deflexus. *Corollae* rubellae. *Legumina* ovata, compressa, 2 - sperma, in fundo calycis latitantia,

11) *Tr. agrarium* spicis ovalibus imbricatis, ve-

vexillis deflexis persistentibus, dentibus calycinis inaequalibus glabris, foliolis lanceolatis serrulatis, stipulis lanceolatis erectis glabris, caule erecto. *Goldfaerbiger Kl. grosser Hopfenklee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1382. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Sturm.* l. c.)

Tr. aureum Roth. Germ. I. p. 316. *Pollich.* Palatin. p. 344.

Tr. strepens Crantz. stirp. austr. p. 411.

Ann. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in agris arenosis, in pratis siccis et ad vias fere ubique.

Caulis palmaris et altior, erectus, teres, villosus, ramosus. *Folia* alterna, longe petiolata: *foliolis* lanceolatis *aut* magis lanceolato-cuneatis striatis glabris emarginatis supra medium argute serrulatis, *impari* pedicellato *aut* sessili. *Stipulae* lanceolatae, acutissimae, erectae, striatae, integrae, glabrae, apicem versus pilosae. *Pedunculi* axillares, longi, erecti, solitarii, nudi. *Spicae* ovales, obtusae, densiusculae, speciosae: *floribus* brevissime pedicellatis imbricatis. *Calyx* glaber, primo erectus, demum deflexus: *dentibus* ad apices pilosis. *Corollae* flavae s. aureae, demum bruneae: *vexillo* alis et carina longiore emarginato venis dilutioribus picto, primo recto, post anthesin deflexo, persistente. *Legumina* parva, oblonga, obtusa, 1-sperma.

12) *Tr. procumbens* spicis ovatis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, pedunculis foliola obovata emarginata excedentibus, calycibus pubescentibus, stipulis ovatis subreflexis glabris, caule prostrato. *Niederliegender Kl. gestreckter Hopfenklee.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1383. *Ejusd.* Enum. p. 796. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 712. *Sturm.* l. c.)
Ann. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in pratis, in arvis, ad vias et ad ripas passim cum praecedente.

Affine antecedenti, a quo differt: *caulibus* tenuioribus flexuosis procumbentibus, *petiolis* brevioribus gracilioribus, *foliolis* obovatis emarginatis longius pedicellatis, *stipulis* multo brevioribus, sed latioribus, ovato-acuminatis ciliatis recurvis et *capitulis* duplo fere minoribus.

Variat non raro *capitulis* longioribus magis oblongis, *floribus* copiosioribus densius imbricatis.

13) *Tr. spadiceum* spicis cylindricis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, dentibus calycinis subpilosis subulatis: binis superioribus brevissimis ovatis, foliolis infimis obcordatis, supremis ellipticis serrulatis, petiolis apice incrassatis marginatis, stipulis lanceolatis erectis cauleque erecto pubescentibus. *Gelbbrauner Kl. brauner Hopfenklee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 99. *De Vest* M. b. l. c. *Sturm.* l. c.)
Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis arenosis, in nemorosis siccis. (In pratis et agris arenosis prope *Oberpleichfeld, Wipfeld, Hirschfeld, Dechfeld, Abb. Heidenfeld* et *Garstadt* hinc inde. In sylvaticis arenosis prope *Rimpach,* versus *den erlacher Seen* simul cum *Genista sagittali.* In subhumidis prope *Hilters, Bischofsheim* versus *montem Crucis* et alibi.)

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, simplicius-

ciusculus, sulcatus, pubescens. *Foliola* laete viridia, brevissime pedicellata: *infima* parva obcordato-subrotunda obsolete crenulata, *superiora* duplo majora elliptica obtusa inaequaliter serrulata venosa glabra margine pilosiuscula. *Petioli* tenues, erecti, pubescentes, superne incrassati, utrinque marginati: *infimi* foliolis longiores, *supremi* iis breviores. *Stipulae* oblique lanceolatae, venosae. acutae, marginibus et apicem versus pubescentes. *Pedunculi* terminales et axillares, pubescentes, erecti, folia superantes. *Spicae* cylindricae, demum elongatae, multiflorae: *floribus* brevissime pedicellatis imbricatis. *Calyces* ante anthesin pilosi: *dentibus binis superioribus* brevissimis ovatis acutis, *inferioribus* 3 multo longioribus subulatis pilosis. *Corollae* erectae, aureae, *defloratae* deflexae, ferrugineae. *Legumina* corollis breviora, 1-sperma.

14) *Tr. campestre* spicis ovatis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, pedunculis foliola obovata obtusa aequantibus, stipulis oblique reflexis ciliatis, caule decumbente. *Feldklee.*

(*Pers.* syn. pl. l. c. *Spreng.* Hal. p. 211. *Schreb.* in *Sturm.* D. Fl. l c.)

Tr. procumbens Smith. Brit. II. p. 792.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in sylvaticis siccis arenosis et in agris praecipue post messem fere ubique.

Caules palmares et longiores, decumbentes, apicibus adscendentes, a basi jam ramosi, late diffusi, pubescentes, non raro purpurascentes. *Rami* longitudine inaequales, cauli analogi: *inferiores* prostrati caule plerumque longiores. *Petioli* breves, tenues,

pu-

pubescentes, supra sulcati, nec superne incrassati et marginati. *Foliola* omnia invicem aequalia, laete viridia, subtus pallidiora, glabra, obovata, obtusa, *antice* tenuissime serrulata, *postice* integerrima, venis parallelis percussa: *intermedio* longius pedicellato. *Stipulae* semi-ovatae, acuminatae, nervosae, integerrimae, margine ciliatae et reflexae. *Pedunculi* axillares, erecti, versus apicem imprimis pubescentes, folia parum excedentes. *Spicae* primo conicae, demum ovatae, utrinque rotundatae, densae, multiflorae: *floribus* brevissime pedicellatis imbricatis demum deflexis et *bracteis* exiguis subulatis interstinctis. *Dentes calycini* inaequales, sulcati, pilosi: *superiores* brevissimi. *Corollae* persistentes, aureae, demum fuscescentes: *vexillis* longitudinaliter sulcatis inflexis fere obcordatis. *Legumina* exigua, elliptica, utrinque acuta, compressa, 1-sperma. *Semina* lentiformia.

15) *Tr. filiforme* spicis capitatis hemisphaericis paucifloris, vexillis deflexis persistentibus laevibus, pedunculis foliola obcordata denticulata subaequantibus, calycibus glabris, caule procumbente. *Fadenfoermiger Kl. dünner Hopfenklee.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1384. *Ejusd.* Enum. p. 796. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 99. *De Vest* M. b. p. 712. *Schreb.* l. c.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, pascuis et nemorosis passim frequens.

Radix parva, fibrosa. *Caulis* digitalis et palmaris, interdum pedalis, prostratus, rarius adscendens *aut* suberectus, filiformis, subpilosus, a basi ramosus: *ramis infimis* elongatis. *Petioli* pubescentes: *inferiores* longitudine folii, *superiores* sensim decrescentes. *Folio-*

liola pedicellata, laete viridia, glabra, obcordata, striata, supra medium denticulata, basin versus integerrima: *intermedia*, suprema praecipue, longius pedicellata. *Stipulae* parvae, subovatae, acuminatae, nervosae, ciliatae. *Pedunculi* axillares, tenues, filiformes, pilosi, foliis longiores: *floribus* pedicellatis erectis, demum deflexis. *Spicae* capitatae, hemisphaericae, e floribus 9-15 laxe imbricatis compositae. *Calyx* glaber: *dentibus* 3 *inferioribus* superioribus 2 multo longioribus et pilosis. *Corollae* persistentes, aureae, demum fuscescentes, scariosae: *vexillis* carinatis angustis acutis nec inflexis, nec sulcatis. *Legumina* elliptica, 1-sperma.

Plantam hanc ex seminibus per plures annos in horto cultam absque alta mutatione crescentem semper observavi.

335. Lotus, *Schottenklee*, *Hornklee.*

1) *L. siliquosus* floribus solitariis, caule procumbente, foliis subtus pubescentibus, leguminibus quadrangulo-alatis. *Wiesen-Schottenkl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1386. *Ejusd.* Enum. p. 797. *Pers.* syn. pl. II. p. 353. *Hoffm.* Germ. II. p. 99. *De Vest* M. b. p. 713. *Jacq.* Austr. t. 361.)

Tetragonolobus siliquosus Roth. Germ. I. p. 323. III. p. 226.

Tetr. prostratus Moench. Meth. p. 164. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 53.

T. Scandalida Scopol. Carn. II. p. 87. *Bernh.* Erf. p. 243.

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab.

Hab. in humidis. (Copiose in humidis graminosis sinistrorsum juxta *den erlacher Seen.*)

Caulis palmaris, interdum pedalis, humifusus, subangulatus, pubescens, simplex. *Folia* alterna, petiolata, ternata: *foliolis* subsessilibus obcordato-ovatis obtusis arista terminatis, supra glabris, subtus pilis sericeis pubescentibus, *intermedium* subdentatum, *reliqua* integerrima. *Stipulae* binae, ovatae, obtusiusculae. *Pedunculi* terminales, erecti, solitarii, praelongi, 1-flori. *Foliola* 3 lanceolata sub flore. *Calyx* hirsutus. *Corolla* speciosa, sulphurea. *Legumen* erectum, strictum, polyspermum, quadrangulum: *alis* membranaceis.

2) *L. corniculatus* capitulis depressis multifloris, calycis laciniis erectis pilosis, caulibus decumbentibus subangulosis. *Gehoernter Schottenkl. Hülsenklee, Frauenshühlein.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1395. *Ejusd.* Enum. p. 798. *Pers.* syn. pl. p. 354. *Hoffm.* Germ. p. 100. *De Vest* Man. bot. l. c.)

L. arvensis Bernh. Erf. p. 243. *Schkuhr.* bot. Handb. n. 4139. t. 211.

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in pratis, in sylvis, ad colles et vias ubique.

Caules palmares et pedales, saepe adscendentes, angulati, glabri, ramosi. *Folia* brevius petiolata, alterna, ternata: *foliolis* laete viridibus, subtus pallidioribus, ovatis s. magis lanceolatis, acutis, aristatis, integerrimis, glabris, non raro etiam parum hirsutis et ciliatis. *Stipulae* magnae, ovatae, foliolis simillima. *Pedunculi* axillares, solitarii, nudi, foliis multo longiores.

ores. *Bractea* ternata, foliacea. *Flores* subpedicellati, depresso-patentes, subumbellati. *Dentes calycini* aequales, erecti, setacei, glabri, interdum pilosi. *Corollae* flavae: *vexillis* fulvis. *Legumina* cylindracea, aequalia, glabra, nitida, fusca, divaricata, stylo persistente terminata, polysperma. *Semina* reniformia, fusca, maculata.

Variat: *caulibus* longioribus hirsutis et magis erectis, *foliis* glaberrimis et hirsutis atque *capitulis florum* dimidiatis.

3) *L. uliginosus* capitulis depressis, calycis laciniis recurvis barbatis, caulibus teretibus fistulosis. *Sumpf-Schottenkl.*

(*Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Schkuhr.* b. H. n. 4138. t. 211. *Bernh.* Erf. l. c.

L. corniculat. β. *Linn.* sp. pl. 2. p. 1092.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in pratis udis, in sylvaticis umbrosis humidis, ad fossas et ripas.

A praecedente: *caulibus* multo longioribus erectiusculis s. perfecte erectis teretibus fistulosis, *foliis, stipulis* et *floribus* majoribus, *dentibus calycinis* recurvis et *leguminibus* duplo fere longioribus constanter diversus.

Planta quoque culta eandem semper prae se fert faciem.

Planta in plurimis *regionibus rhoenanis* udis et paludosis frequens.

336. Medicago, *Schneckenklee.*

1) *M. sativa* pedunculis racemosis, leguminibus laevibus cochleatis, stipulis integerrimis, foliolis ob-

gis dentatis, caule erecto. *Gemeiner Schneckenkl. Luzerne, ewiger Klee, burgundisches Heu.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1404. *Ejusd.* Enum. p. 801. *Pers.* syn. pl. II. p. 356. *Hoffm.* Germ. II. p. 100. *De Vest* Man. bot. 704. *Schkuhr.* b. H. t. 212.)

Medica sativa Moench. Meth. p. 116.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris culta frequens. (In pratis, in vineis, ad agrorum margines, ad vias et sepes sponte.)

Caules e radice sublignosa plures, pedales, sesquipedales et 2-pedales, erecti s. adscendentes, angulosi, ramosi, glabri *aut* subvillosi. *Folia* breviter petiolata, ternata: *radicalia* in orbem digesta, *caulina* alterna. *Foliola* lanceolata, obtusa, aristata, apicem versus dentata, glabriuscula: *impari* pedicellato. *Stipulae* lanceolatae, acuminatae, glabrae: *infimae* basi plerumque dentatae, *superiores* integerrimae. *Pedunculi* axillares, solitarii, erecti, angulati, glabri, foliis longiores: *floribus* pedicellatis racemosis bracteatis. *Calyx* pilosus: *dentibus* subulatis. *Corollae* coeruleo-violaceae: *alis* dilutioribus. *Legumina* compressa, glabra, iterato contorta.

Variat *floribus* flavescentibus.

2) *M. falcata* pedunculis racemosis, leguminibus contorto-falcatis pubescentibus, foliolis oblongis apice dentatis, caule decumbente. *Sichelfrüchtiger Schneckenkl. gelber Sichelklee, schwedische Luzerne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1405. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 101. *De Vest* Man. b. l. c. *Schkuhr.* l. c.)

Medica falcata Scop. Carn. II. p. 88.

Perenn.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis, ad vias, ad muros et colles ubique.

Differt ab antecedente: *caulibus* longioribus omnino fere procumbentibus subpilosis, *foliolis* ovatis pubescentibus angustioribus, *stipulis omnibus* integerrimis, *racemis* brevioribus subcapitatis, *floribus* saturate luteis et praecipue *leguminibus* recurvato-falcatis pilosis.

Flores saepe variegati.

3) *M. lupulina* spicis ovalibus, leguminibus reniformibus 1-spermis corrugatis, foliolis obovatis, caulibus procumbentibus. *Hopfenartiger Schneckenkl. Hopfenklee, Hopfen-Luzerne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1406. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. l. c. *Schkuhr.* l. c.)

Medica lupulina Moench. Meth. p. 116. *Scop.* Carn. l. c.

Ann. bienn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in pratis, in cultis, ad muros et vias ubique frequens.

Radix fibrosa. *Caules* digitales, palmares, interdum pedales et longiores, procumbentes, filiformes, subangulosi, *superne* pubescentes, ramosi, divaricati. *Folia* alterna, breviter petiolata, ternata: *foliolis* obovatis *aut* cordato-subrotundis obtusis aristatis apice dentatis villosulis laete viridibus, *impari* pedicellato. *Stipulae* ovatae, acuminatae, denticulatae. *Pedunculi* axillares, solitarii, foliis longiores. *Spicae* parvae, primo subrotundae, dein ovatae, densae, multiflorae. *Dentes calycini 2 inferiores* reliquis longiores. *Corollae*

 exi-

exiguae, aureae. *Legumina* cochleato-reniformia, striato-rugosa, racemosa, 1-sperma, pilis rigidis obsita, matura nigra.

4) *M. minima* pedunculis multifloris, spicis ovatis, leguminibus cochleatis pilosis, aculeis subulatis rectis uncinatis, stipulis integerrimis, foliolis obovatis dentatis. *Kleinster Schneckenkl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1418. *Ejusd.* Enum. p. 805. *Pers.* syn. pl. p. 358. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* M. b. l. c. *Schkuhr.* l. c.)

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in arenosis, in collibus graminosis. (In *vallo oppidano* et *in munimentis* circa *urbem* et *castellum* passim non infrequens. In collibus graminosis et in saxosis prope *Westheim*, *Dettelbach*, *Timbach*, *Obervolkach* et *Gerolshofen.* In arenosis prope *der Vogelsburg* et *den Schoenhartshoefen*, alibique rarius.)

Caules e radice minima fibrosa plures, digitales, rarius palmares, procumbentes, teretiusculi, debiles, pubescentes, ramosi. *Foliola* exigua, pubescentia, subrotunda, subincana, apice retuso-crenata: *impari* pedicellato. *Stipulae* ovato-lanceolatae, acutae, integerrimae. *Pedunculi* axillares, solitarii, nudi, spicati, foliis breviores *aut* ea aequantes. *Spiculae* minimae, subrotundae, 2-6-florae, luteae. *Legumina* pedicellata, parva, cochleata, plerumque terna, pilosa, 6-7-sperma: *aculeis* tenuissimis rectis apice uncinatis.

Variationem *caulibus foliisque* majoribus atque glabriusculis ad *Tuberis* ripam prope *Roettingen* et ad *Moenum* supra *Ochsenfurth* observavi. *M. polymorpha Smith.* Britann. II. p. 797.

CLAS-

Classis XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

337. Hypericum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1224. *De Neck. el. bot. n.* 1212. *Borkh. tent. n.* 304.

Cal. profunde 5-partitus planus. *Petala* 5 aequalia integra. *Filam.* plurima in fasciculos basi connata. *Caps.* polysperma.

Classis XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

337. Hypericum, *Hartheu*, *Johanniskraut.*

1) *H. quadrangulare* foliis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis, caule tetragono. *Vierkantiges Harth. Konradskraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1459. *Ejusd.* Enum. p. 810. *Pers.* syn. pl. II. p. 89. *Hoffm.* Germ. II. p. 102. *De Vest* M. bot. p. 767.)

H. acutum Moench. Meth. p. 128.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvis, in paludosis et ad ripas. (In sylvis *Waldskugel, Gramschatz, Guttenberg, im Oelgruud* et *im Huck* prope *Wipfeld.* In nemorosis ad *Mühlhaussen*, prope *Kitzingen, Grossenlangheim*, et in humidis *des Steigerwaldes.* In nemorosis paludosis circa *Abb. Heidenfeld* passim et prope *Erlach.* Ad ripas *Salae* prope *Gemünden* et *Schunderfeld.* Ad *Werram* prope *Arnstein, Thüngen* et *Stetten.* Copiose denique et fere ubique in paludosis *Rhoenae.*)

Caulis pedalis et major, erectus, strictus, ramosus, glaber, purpurascens, quadrangulus: *angulis* membranaceis striis *aut* punctis purpureis adspersis. *Folia* op-

opposita, sessilia, semiamplexicaulia, ovata, obtusa, glabra, integerrima, nervosa, supra punctis pellucidis sparsis, et margine glandulis nigris adspersa. *Flores* terminales, breviter pedunculati, paniculati, 3-gyni. *Paniculae* densae: *ramulis* plerumque sanguineis. *Calycis foliola* lanceolata, acuta, integerrima, nuda, patentia. *Petala* calycis longitudine, obliqua, lineata, lutea, margine nigro-punctulata. *Antherae* flavae, punctulis nigris passim notatae. *Capsulae* ovato-cylindricae, polyspermae, fuscae.

Variat raro *foliis* epunctatis.

2) *H. dubium* foliis ovatis obtusis epunctatis, foliolis calycinis ellipticis, caule obsolete tetragono. *Zweifelhaftes Harth.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1460. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Leers.* Herb. p. 169.)

H. delphinense Vill. Delphin. 3. p. 497.

H. obtusum Moench. Meth. p. 129.

H. Leersii Gmel. Bad. III. 253.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in nemorosis, in udis. (In nemorosis udis prope *Kitzingen*, *Grossenlangheim*, et *Mühlhaussen* hinc inde. Ad rivum prope *Abb. Heidenfeld* vulgo *die Wehr* et *in den Lacken* ibidem passim. Ad *Moeni* ripam prope *Hassfurth* et *in den Moosen* raro. Frequens praeterea in variis regionibus *Rhoenae* e. gr. prope *Waldberg, am schwarzen Moor,* alibique.)

Affine praecedenti, a quo differt: *caulibus* altioribus obtusius 4-angulis punctis nigris adspersis, *foliis* majoribus et latioribus amplexicaulibus omnino impunctatis margine scariosis, *floribus* majoribus longius pe-

pedunculatis saepe ternis, *laciniis calycinis* ellipticis distinctis subcoloratis lineolis interruptis atris undique notatis petalis majoribus et *capsulis* ventricosis 3-angularibus laciniis calycinis reflexis ad basin cinctis.

Staminum phalanges 3. *Turiones* viride coccinei. *Folia* plerumque subtus nigro-punctata et saepe margine puncto uno alterove diaphano notata.

3) *H. perforatum* foliis ovatis obtusis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis, caule ancipiti. *Durchstochenes Harth. gemeines Johanniskraut, Feldhopfen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. bot. l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 18. (*Hyper. perfoliat.*) *Herb. Bl.* t. 15.)

H. officinarum Crantz. stirp. austr. p. 99. *Moench.* Meth. p. 129.

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in pratis, in pascuis, in montosis, ad sepes et vias ubique.

Caules e radice repente plures, pedales, sesquipedales et altiores, erecti, suffruticosi, glabri, ramosi, teretes, *angulis* 2 oppositis notati. *Rami* oppositi, erecti, obsolete ancipites. *Folia* opposita, sessilia, semiamplexicaulia, ovato-oblonga, obtusa, integerrima, glabra, *punctis* diaphanis plurimis perforata et *lineis* pallidioribus striata. *Panicula* terminalis, brachiata, foliosa. *Foliola calycina* lanceolata, acuta, integra, eglandulosa. *Petala* calyce longiora, ovata, flava, margine unius lateris crenata et *glandulis* nigris punctata. *Antherae* glanduliferae. *Capsulae* sub-3-gonae, acuminatae, fuscae, polyspermae.

4)

4) *H. humifusum* foliis ellipticis glabris obtusis, floribus terminalibus subcymosis: axillaribus solitariis, caule ancipiti prostrato. *Niedergestrecktes Harth.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1461. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 103. *De Vest* M. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in pascuis, in agris et in sylvis. (In agris et pascuis infra *Karlenburg*, prope *Wolfsmünster*, *Neustadt a. S. Münnerstadt*, et *Hassfurth*. In *sylva guttenbergica* et ad margines *sylvae stettensis* passim. In arenosis et sylvaticis prope *Aschach*, *Bremig*, *Waldberg*, *Burgerroth*, *Oberebersdorf* et alibi.)

Caules e radice fibrosa plures, digitales, palmares et majores, prostrati, tenerrimi, filiformes, teretes, subancipites, glabri, saepissime rubelli, *superne* ramosi. *Folia* opposita, sessilia, elliptica, obtusa, glabra, integra, punctis diaphanis raris perforata, margine glandulis purpureis adspersa. *Flores* terminales et axillares, pedunculati, quam in praecedentibus multo minores. *Foliola calycina* ovata, inaequalia, saepius serrata et margine glandulis nigris punctata. *Petala* lutea, oblonga, obtusa, margine glandulifera, calycem parum excedentia. *Staminum* phalanges 3. *Capsula* oblonga, polysperma, immatura amoene rubra.

Variat *caule* erecto simplici et *foliis* magis perforatis.

5) *H. montanum* foliis oblongis amplexicaulibus epunctatis margine atro-punctatis, calycibus serrato-glandulosis, floribus terminalibus corymboso-paniculatis, caule erecto tereti. *Berg-Harth.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 1463. *Ejusd.* Enum. p. 811.

811. *Pers.* syn. pl. p. 90. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 768.)

H. confertum Moench. Meth. p. 129.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in sylvaticis, nemorosis praecipue montanis. (In sylvis *Waldskugel, Irtenberg, Guttenberg, Veitshoechheim, Gramschatz* et *im Steigerwald.* Im *Oelgrund* et in montibus *Soden*- et *Reissenberg.* In nemorosis prope *Cascatam kissingensem*, circa *Waldaschach, Bocklet, Hilters, Simerichhaussen* et alibi.)

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis et altior, erectus, strictus, simplex, teres, laevis. *Folia* opposita, sessilia, amplexicaulia, ovato-oblonga, subacuta, glabra, integra, subtus venoso-reticulata, margine inferiore punctis atris lineatim notata, impunctata: *superiora* saepissime pellucido-punctata. *Flores* subsessiles, paniculati. *Panicula* terminalis, dichotoma, coarctata. *Bracteae* serratae: *serraturis* lateralibus setaceis glanduliferis. *Foliola calycina* lanceolata, glabra, margine glandulis nigris pedicellatis ciliata. *Petala* lanceolata, obtusa, integra, impunctata, citrina. *Antherae* glandula atra notatae. *Stigmata* purpurea. *Capsulae* ovatae, fuscae, apicibus 3 divaricatis.

6) *H. hirsutum* foliis oblongis pellucido-punctatis subtus pubescentibus, calycibus serrato-glandulosis, caule erecto tereti villoso. *Behaartes Harth.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1465. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

H. villosum Crantz. stirp. austr. p. 96.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in sylvis et apricis montosis fere ubique.

A

A praecedente, cui maxime affine, differt: *caule* hirsuto, *foliis* breviter petiolatis hirsutis, *omnibus* pellucido-punctatis et *capsulis* ovato-oblongis.

7) *H. pulchrum* foliis cordatis obtusis amplexicaulibus glabris, calycibus serrato-glandulosis, caule tereti glabro. *Schoenes Harth.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1468. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 104. *De Vest* M. b. l. c.)

H. elegantissimum Crantz. stirp. austr. p. 97.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in nemorosis. (In nemorosis sylvaticis *in der Waldskugel,* prope *Kitzingen, Grossenlangheim,* et *im Steigerwald.* In nemorosis prope *Gemünden, Graefendorf* et *Wolfsmünster.* In variis *Rhoenae* sylvis copiose e. gr. in sylva inter *Bischofsheim* et *Bremig* versus partem orientalem *montis crucis,* in nemorosis *des grossen Auersberges,* im *bildsteiner* et *simerichhäusser Gehege,* alibique.)

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, strictus, teres, glaber, subramosus, plerumque rubicundus. *Folia* opposita, sessilia, amplexicaulia, cordata, obtusa, integra, subcoriacea, nitida, glabra, punctulis pellucidis apicem versus perforata: *radicalia* ovata, saepius rubella. *Flores* terminales, fasciculati, pedunculati: *pedunculis* oppositis erectis sub-3-floris. *Bracteae* ad pedicellorum basin minutae, oblongae, integerrimae, nonnunquam rubellae. *Foliola calycina* elliptica, obtusa, margine ciliato-glandulosa. *Petala* ovata, obtusa, flava, subtus dilute rubella, margine ciliata glandulifera. *Capsulae* ovatae, fuscae.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

AEQUALIS.

338. Tragopogon.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1229. *De Neck. el. b. n.* 99. *Borkh. tent. n.* 589.

Cal. simplex polyphyllus: *laciniis* basi coalitis. *Receptaculum* nudum. *Pappus* plumosus stipitatus. *Semina* praelonga.

339. Scorzonera.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1230. *De Neck. el. b. n.* 85. *Borkh. tent. n.* 588.

Cal. imbricatus: *squamis* margine scariosis. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus substipitatus. *Sem.* sessilia.

340. Thrincia.

Roth. Catalect. botan. fasc. 1. *p.* 98.

Cal. aequalis 8-phyllus 8-angularis. *Rec.* favosum subnudum. *Sem. disci* pappo plumoso stipitato, *marginalia* calyculo brevi paleaceo multidentato oblique coronata,

341.

341. Picris.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1231. *De Neck. el. b. n.* 98. *Borkh. tent. n.* 576.

Cal. calyculatus. *Recept.* paleis brevibus muticis coadunatis alveolatum. *Sem.* transverse et longitudinaliter striata. *Pappus* plumosus sessilis.

342. Sonchus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1233. *De Neck. el. b. n.* 84. *Borkh. tent. n.* 586.

Cal. polyphyllus imbricatus *basi* ventricosus *maturitatis tempore* connivens. *Recept.* excavato-punctatum nudum. *Pappus* capillaris sessilis. *Sem.* longitudinaliter striata.

343. Lactuca.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1234. *De Neck. el. b. n.* 83. *Borkh. tent. n.* 587.

Cal. imbricatus oblongus: *squamis* margine scariosis. *Recept.* punctatum nudum. *Papp.* simplex capillaris stipitatus fugax.

344. Chondrilla.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1235. *De Neck. el. b. n.* 109. *Borkh. tent. n.* 579.

Cal. cylindraceus simplex: *squamis* brevibus calyculatus. *Flosculi* multiplici serie. *Recept.* nudum. *Papp.* pilosus simplex stipitatus. *Sem.* superficie muricata.

345. Prenanthes.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1236. *De Neck. el. b. n.* 108. *Borkh. tent. n.* 578.

Cal.

Cal. simplex cylindraceus duplici serie 8-phyllus: *foliolis* 5 *interioribus* longis erectis, 3 *exterioribus* minimis subpatulis. *Recept.* nudum. *Papp.* simplex capillaris substipitatus.

346. Leontodon.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1237. *De Neck. el. b. n.* 206.

Cal. oblongus duplex: *foliolis interioribus* longioribus erectis, *exterioribus* reflexis. *Recept.* nudum glabrum punctatum. *Papp.* simplex pilosus stipitatus.

347. Apargia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1232. *Borkh. tent. n.* 593. *Scop. hist. nat.* 363.

Cal. imbricatus: *foliolis* adpressis. *Recept.* subnudum. *Papp.* plumosus sessilis: *centralis* substipitatus.

348. Hieracium.

L. *Gen. pl. ed. Schr. n.* 1238. *De Neck. el. b. n.* 86. *Borkh. tent. n.* 585.

Cal. imbricatus ovatus *basi* nudus: *squamis omnibus* erectis. *Recept.* nudum scabriusculum. *Papp.* capillaris simplex sessilis.

349. Crepis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1239. *De Neck. el. bot. n.* 95. *Borkh. tent. n.* 577.

Cal. calyculatus demum torulosus: *squamis* exterioribus deciduis. *Recept.* subnudum. *Papp.* capillaris substipitatus niveus.

350. Hypochoeris.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1246. *DeNeck. el. bot. n.* 91. *Borkh. tent. n.* 591.

Cal. imbricatus: *foliolis interioribus* praelongis, *exterioribus* minutulis. *Recept.* paleaceo-squamosum. *Papp.* plumosus: *disci* stipitatus, *radii* sessilis.

351. Arnoseris.

Gaertn. de sem. et fruct. pl. 2. *p.* 355. *Tab.* 157. *Borkh. tent. n.* 575.

Cal. simplex polyphyllus *basi* nudus, *demum* torosus et globose connivens. *Recept.* nudum. *Sem.* margine coriaceo integerrimo coronata.

352. Lapsana.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1247. *De Neck. el. b. n.* 110. *Borkh. tent. n.* 570.

Cal. subsimplex 8-phyllus ovatus, *basi* calyculatus *squamulis* 6 minimis. *Recept.* nudum. *Sem.* libera calva.

353. Cichorium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1251. *De Neck. el. b. n.* 113. *Borkh. tent. n.* 572.

Cal. subsimplex polyphyllus *basi* squamulis minoribus auctus. *Recept.* subnudum. *Papp.* paleaceus margine 5-6-dentatus semine brevior.

354. Arctium.

Linn. Gen. pl. ed. Schr. n. 1253. *De Neck. el. bot. n.* 117. *Borkh. tent. n.* 514.

Cal.

Cal. imbricatus globosus: *squamis* linearibus apice incurvato-hamosis. *Recept.* paleaceum. *Pappus* setoso-paleaceus fragilis.

355. Carduus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1254. *De Neck. el. b. n.* 115. *Borkh. tent. n.* 517.

Cal. imbricatus ventricosus: *squamis* simplicibus spinosis. *Recept.* paleis longis liberis obsessum *Papp.* simplex.

356. Cnicus.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1255. *De Neck. el. bot. n.* 121.

Cal. imbricatus ventricosus: *squamis* simplicibus spinosis. *Recept.* villoso-setaceum. *Papp.* plumosus.

357. Serratula.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1264. *De Neck. el. b. n.* 119.

Cal. imbricatus subcylindricus inermis: *squamis* arcte adpressis subscariosis aridis. *Rec.* paleaceum. *Papp.* subsetosus scaber.

358. Onopordon.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1256. *De Neck. el. b. n.* 123. *Borkh. tent. n.* 513.

Cal. ventricosus imbricatus: *squamis* patentibus *spina* terminatis. *Recept.* favosum subpaleaceum. *Papp.* simplex scaber sessilis.

359.

359. Carlina.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1258. *De Neck. el. b. n.* 148. *Borkh. tent. n.* 520.

Cal. polyphyllus imbricatus radiatus: *squamis exterioribus* spinosis laxis pinnatis, *interioribus* longis stramineis nitidis coloratis inermibus. *Recept.* paleaceo-setosum. *Papp.* paleaceo-plumosus.

360. Carthamus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1261. *De Neck. el. b. n.* 153. *Borkh. tent. n.* 526.

Cal. ovatus imbricatus: *squamis* apice foliaceis. *Rec.* pilosum. *Sem.* nuda.

361. Bidens.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1267. *De Neck. el. b. n.* 156. (*Pluridens.*) *Borkh. tent. n.* 534.

Cal. imbricatus subaequalis calyculatus. *Rec.* paleaceum planum. *Sem.* tetragona *aristis* 2-4 coronata. (*Cor.* rarius radiata.)

362. Eupatorium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1272. *De Neck. el. b. n.* 145. *Borkh. tent. n.* 539.

Cal. imbricatus oblongus. *Flosculi omnes* aequales fertiles. *Styli* longissimi semi-2-fidi. *Rec.* nudum. *Papp.* capillaris sessilis.

363. Chrysocoma.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1275. *De Neck. el. b. n.* 138. *Borkh. tent. n.* 538.

Cal. hemisphaericus polyphyllus imbricatus: *foliolis* linearibus flaccidis patulis. *Flosculi omnes* fertiles. *Styli* flosculos subaequantes. *Rec.* paleis minimis sparsis obsessum. *Papp.* pilosus sessilis.

Superflua.

364. Tanacetum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1280. *De Neck. el. b. n.* 160. *Borkh. tent. n.* 532.

Cal. polyphyllus imbricatus hemisphaericus: *squamis* acutis. *Rec.* nudum conicum. *Sem.* membrana coronata.

365. Artemisia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1281. *De Neck. el. b. n.* 177. 178. *Borkh. tent. n.* 528.

Cal. ovatus *aut* hemisphaericus imbricatus: *squamis* rotundatis conniventibus. *Flosculi radii* subulati. *Rec.* nudiusculum. *Sem.* calva.

366. Gnaphalium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1282. *De Neck. el. b. n.* 133. 135. *Borkh. tent. n.* 535. 536.

Cal. oblongus *aut* subovatus imbricatus: *squamis* concavis scariosis coloratis. *Rec.* excavato-punctatum. *Papp.* simplex scaber.

367. Conyza.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1286. *De Neck. el. b. n.* 136. *Borkh. tent. n.* 540.

Cal. subovatus polyphyllus imbricatus: *squamis* exte-

exterioribus patentiusculis. *Corollulae radii* foemineae 3-fidae: *omnes* fertiles. *Rec.* planum nudum tuberculatum. *Papp.* pilosus.

368. Erigeron.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1287. *De Neck. el. b. n.* 40. *Borkh. tent. n.* 569.

Cal. oblongus polyphyllus: *squamis* arcte imbricatis. *Corollulae radii* lineares angustissimae. *Rec.* excavato-punctatum. *Papp.* capillaris.

369. Tussilago.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1289. *De Neck. el. b. n.* 6. 8. *Borkh. tent. n.* 541. 563.

Cal. oblongus polyphyllus: *squamis* aequalibus submembranaceis discum aequantibus. *Rec.* nudum. *Papp.* capillaris simplex.

370. Senecio.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1290. *De Neck. el. b. n.* 174. *Borkh. tent. n.* 543. 568.

Cal. conicus: *squamis* apice sphacelatis, basi calyculatus. *Corollulae disci* tubulosae, *radii* ligulatae, passim nullae. *Rec.* excavato-punctatum nudum. *Papp.* capillaris simplex.

371. Aster.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1291. *De Neck. el. b. n.* 4. *(Pinardia) Borkh. tent. n.* 560.

Cal. hemisphaericus laxe imbricatus: *squamis inferioribus* patulis. *Corollulae radii* plures discolores. *Rec.* nudum. *Papp.* capillaris.

372. Solidago.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1292. *De Neck. el. b. n.* 3. *Borkh. tent. n.* 566.

Cal. oblongus polyphyllus imbricatus: *squamis* laxe conniventibus. *Corollul. radii* subsenae remotae. *Rec.* nudum. *Papp.* pilosus.

373. Cineraria.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1294. *De Neck. el. b. n.* 53. *Borkh. tent. n.* 567.

Cal. oblongus simplici serie polyphyllus: *foliolis* aequalibus. *Recept.* nudum. *Papp.* capillaris.

374. Inula.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1295. *De Neck. el. b. n.* 1. (*Enula.*) *Borkh. tent. n.* 561.

Cal. hemisphaericus imbricatus: *squamis* plurimis apice patulis. *Corollulae radii* lineares concolores. *Antherae* basi 2-setae. *Recept.* nudiusculum. *Papp.* pilosus scaber.

375. Arnica.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1296. *De Neck. el. b. n.* 47. *Borkh. tent. n.* 564.

Cal. hemisphaericus polyphyllus imbricatus: *foliolis* aequalibus. *Stamina* radii castrata. *Rec.* subvillosum. *Papp.* capillaris.

376. Doronicum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1297. *De Neck. el. b. n.* 48. *Borkh. tent. n.* 565.

Cal.

Cal. squamis aequalibus serie duplici disco longioribus. *Rec.* nudum. *Sem.* *disci* pappo piloso, *radii* nuda.

377. Bellis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1300. *De Neck. el. b. n.* 80. *Borkh. tent. n.* 548.

Cal. hemisphaericus simplici serie polyphyllus: *squamis* aequalibus. *Rec.* nudum conicum. *Sem.* compressa ovata nuda.

378. Chrysanthemum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1307. *De Neck. el. b. n.* 37. *Borkh. tent. n.* 546.

Cal. hemisphaericus multiplici serie polyphyllus: *squamis* imbricatis margine scariosis. *Rec.* planiusculum nudum. *Sem.* teretiuscula nuda.

379. Pyrethrum.

Haller. hist. p. 720. *Gaertn. t.* 169. *Borkh. tent. n.* 556.

Cal. hemisphaer. multiplici serie polyphyllus imbricatus: *squamis* margine scariosis. *Rec.* nudum planiusculum. *Sem.* membrana coronata.

380. Matricaria.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1308. *De Neck. el. b. n.* 44. *Borkh. tent. n.* 547.

Cal. hemisphaer. polyphyllus: *squamis* imbricatis multiplici serie margine scariosis. *Rec.* nudum cylyndraceo-conicum. *Sem.* teretiuscula nuda.

381. Anthemis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1312. *De Neck. el. b. n.* 23. 24. *Borkh. tent. n.* 549. 557.

Cal. hemisphaer. imbricatus subaequalis : *squamis* margine subscariosis. *Flosculi radii* plures, quam 5. *Rec.* paleaceum. *Papp.* nullus, s. margo membranaceus.

382. Achillea.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1313. *De Neck. el. b. n.* 25. 26. *Borkh. tent. n.* 550.

Cal. ovatus polyphyllus imbricatus. *Corollulae radii* subquinae truncatae. *Rec.* convexum paleaceum. *Sem.* elliptica nuda.

383. Buphthalmum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1321. *De Neck. el. b. n.* 34. *Borkh. tent. n.* 559.

Cal. imbricatus hemisphaer. *basi* nonnunquam foliosus. *Rec.* paleaceum. *Papp.* margo obsoletus. *Seminum latera*, praesertim *radii* marginata.

Frustranea.

384. Helianthus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1322. *De Neck. el. b. n.* 21. *Borkh. tent. n.* 553.

Cal. imbricatus subsquarrosus. *Rec.* planum paleaceum. *Sem.* disci aristis 2 deciduis (*Papp.* 2-*phyllus*) coronata.

385. Centaurea.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1331. *De Neck. el. b. n.* 125. 127. 128. 129. *Borkh. tent. n.* 523. 524. 525.

Cal. imbricatus ventricosus: *squamis* scariosis *aut* ciliatis. *Corollul. radii* infundibiliformes longiores irregulares. *Rec.* setosum. *Papp.* simplex.

Necessaria.

386. CALENDULA.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1339. *De Neck. el. b. n.* 75. *Borkh. tent. n.* 545.

Cal. hemisphaer. polyphyllus. *Rec.* planum nudum. *Sem.* marginata inaequalia.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

AEQUALIS.

338. TRAGOPOGON, *Bocksbart*, *Haferwurzel.*

1) *Tr. pratensis* calycibus corollae radium subaequantibus, pedunculo tereti, foliis integris carinatis subundulatis basi dilatatis. *Wiesen-Bocksb. gelbe Haferw. Hafermark.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1492. *Ejusd.* Enum. p. 812. *Pers.* syn. pl. II. p. 359. *Hoffm.* Germ. II. p. 104. *De Vest* Man. b. p. 159. *Knorr.* thes. II. t. T. 4.)

Bienn. Flor. Majo-Julio.

Hab.

Hab. in pratis, in pascuis, in collibus graminosis et ad vias ubique.

Radix fusiformis, lactescens, dulcis. *Caulis* 1-2-pedalis et altior, erectus, teres, glaberrimus, simplex. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, lanceolato-linearia, acuminata, integerrima, glabra, carinata, glauco-viridia, fere graminea, sed crassiora, *basi* dilatata ventricosa subundulata, *superne* flaccida. *Pedunculus* terminalis, longus, 1-florus, nudus, superne incrassatus. *Calyx* 1-phyllus: *foliolis* lanceolatis acuminatis planis aequalibus glabris basi coalitis. *Corolla* magna, speciosa, lutea: *flosculis radialibus* maximis 5-dentatis calyci aequalibus *vel* parum longioribus. *Semina* teretiuscula.

Flores matutino modo tempore expansi, post meridiem clausi.

2) *Tr. major* calycibus corollae radio longioribus, pedunculo superne incrassato, corollulis apice rotundatis, foliis integris strictis. *Grosser Bocksb. grosse gelbe Haferw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1493. *Pers.* syn. pl. p. 360. *Hoffm.* Germ. p. 105. *De Vest* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 29.)

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in hortis et vineis. (In hortis et ad eorum sepes *vor dem pleichacher* et *Sander-Thore*, in vineis *des oberen Grombühls*, prope *Randesacker* et *Gerbrunn* perraro.)

Affinis antecedenti, a quo differt: *caule* altiori, *foliis* strictis angustioribus: *infimis* exacte linearibus, *pedunculis* superne magis incrassatis, *calycibus* 12-14-phyllis: *foliolis* angustioribus radio corollae semper

mul-

to longioribus, *flosculis* apice rotundatis et *seminibus* 5-angularibus.

Folia apice reflexa. *Corollae* speciosae, pallide sulphureae.

3) *Tr. porrifolius* calycibus corollae radio sesquilongioribus, pedunculo superne incrassato, corollulis apice rotundatis, foliis integris strictis. *Lauchblaettrige Haferw. purpurrother Bocksb.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 812. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 160. *Schkuhr.* b. H. t. 214.)

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in hortis, ubi passim colitur, et ad eorum sepes nonnunquam quasi sponte.

Radix subfusiformis, lactescens, dulcis. *Caulis* 2-3-4-pedalis, erectus, teres, glaberrimus. *Folia* alterna, amplexicaulia, linearia, integra, glabra, apice non reflexa. *Pedunculi* infra florem incrassati. *Calyx* polyphyllus: *foliolis* lineari-lanceolatis basi coalitis, flosculis duplo fere longioribus. *Corolla* speciosa, fusco-violacea *aut* purpureo-coerulea. *Flosculi* lineares, apice rotundati, dentati. *Semina* angulata.

339. Scorzonera, *Skorzonere.*

1) *Sc. humilis* caule subnudo 1-floro, squamis calycinis lanatis, foliis oblongo-lanceolatis nervosis planis. *Niedrige Skorzon.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1499. *Ejusd.* Enum. p. 813. *Hoffm.* Germ. II. p. 106. *De Vest* M. b. p. 160.)

Sc. nervosa Pers. syn. pl. II. p. 360.

Sc.

Sc. lanata Schrank. bajer. Fl. II. p. 306.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis apricis. (Non procul a ruinis *arcis Reichelsperg* prope *Aub* specimina tantum 3 legi.

Planta tota lacte candido glutinoso, demum flavescente repleta. *Radix* fusiformis, extus nigricans. *Caulis* pedalis circiter, erectus, simplex, teres, glaber, *superne* albido-lanatus. *Folia* nervosa, integerrima, glabra *aut* basin versus lanata, glauco-viridia, subtus saepe rubentia: *radicalia* numerosa in orbem disposita, in petiolum desinentia, lanceolata, acuminata, erecta, *caulina* pauca alterna sessilia amplexicaulia minora atque angustiora margine connivente subundulata. *Flos* terminalis, magnus, luteus. *Squamae calycinae* imbricatae: *exteriores* latiores, sed breviores, lanatae, *interiores* duplo longiores apicibus membranaceis sphacelati. *Flosculi radii* lineati, denticulati. *Semina* oblonga, striata. *Pappus* sessilis, plumosus.

An *Scorzonera austriaca* tanquam variatio cum hacce sit conjungenda, uti *Ill. Hallerus, Jacquinus, Persoonius* et *Gmelinus* assumunt, observationibus hucusque non satis sum edoctus. Ea, quam dedi, descriptio plantae nostrae omnino quadrat.

2) *Sc. hispanica* caule ramoso glabro, foliis lanceolatis amplexicaulibus integris basi subserrulatis. *Spanische Skorzon. spanische Haferwurz, Schwarzwurzel, Schlangenmord.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 107. *De Vest* Man. bot. p. 161. *Herb. Blackw.* t. 406.)

Sc. edulis Moench. Meth. p. 548.

Perenn.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in Hispania, Sibiria, Hungaria. (In hortis culinariis, passim etiam in vineis colitur, ubi nonnunquam sponte crescere videtur.)

Radix fusiformis, carnosa, extus nigra, intus albida. *Caulis* 2-3-4-pedalis, erectus, dichotomus, glaber. *Folia* lato-lanceolata, glaberrima, tenuissime serrulata: *superiora* et *ramea* multo angustiora basi dilatata amplectentia. *Flores* terminales, magni, lutei. *Calyx* imbricatus, basi saepissime lana caduca vestitus. *Pappus* plumosus, rigidus.

3) *Sc. laciniata* foliis inferioribus linearibus pinnatifidis, calycibus glabris: squamis inferioribus mucronatis patulis. *Schlitzblaettrige Skorzon.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1506. *Ejusd.* Enum. p. 814. *Pers.* syn. pl. p. 361. *Hoffm.* Germ. p. 106. *De Vest* M. b. p. 162. *Jacq.* Austr. t. 356. *Schkuhr.* b. H. t. 215.)

Ann. bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in ruderatis, ad vias. (Ad *plateas wirceburgenses* passim e. gr. prope *Palatium magnoducale*, versus *dem rothen Bau* etc. Ad vias et muros vinearum versus *Heidingsfeld, Eivelstadt, Ochsenfurth* et *Frickenhaussen.* In via et ad vineas versus *Veitshoechheim*, *Retzbach*, *Karlstadt*, *Karlenburg* et alibi.)

Radix subfusiformis, fibrosa, intus alba, extus flavescens. *Caulis* palmaris et pedalis, erectus totus *aut* basi modo declinatus, teretiusculus, striatus, pubescens, ramosus: *ramis* paucis caulem subaequantibus. *Folia* linearia, glabriuscula; *radicalia* numerosa in orbem disposita profunde pinnatifida: *pinnis* angustis lineari-lanceolatis integris remotiusculis, *cau-*

caulina alterna: *infima* radicalibus similia, *superiora* integra basin versus subpinnatifida, *suprema* et *ramea* angustissima integra. *Pedunculi* terminales, solitarii, 1-flori. *Flos* pallide luteus, quam in praecedente duplo minor. *Calyx* imbricatus: *foliolis* lanceolatis acuminatis carinatis, *inferioribus* dorso infra apicem aculeolo parvo dentiformi notatis. *Semina* oblonga, acuminata, basi saepe angulata. *Pappus* plumosus, longus, sessilis.

Planta junior imprimis lactescens.

340. Thrincia, *Thrincie.*

1) *Th. hirta* scapo 1-floro, calyce glabriusculo squamulis aucto, foliis lanceolatis sinuato-dentatis: pilis simplicibus. *Rauhe Thrinc.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1554. *Ejusd.* Enum. p. 821. *Pers.* syn. pl. II. p. 368. *Roth.* Catalect. botan. II. p. 98. *Spreng.* Hal. p. 228.

Leontodon hirtum Linn. sp. pl. 2. p. 1123. *Scopol.* Carn. II. p. 112. *Roth.* Germ. I. p. 333. III. p. 145. *Leers.* Herb. p. 172.

Apargia hirta Hoffm. Germ. II. p. 113. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 220. *Wib.* Werth. p. 156. *De Vest* Man. bot. p. 164.

A. levis Moench. Meth. p. 541.

Hedypnois hirta Smith. Brit. II. p. 824.

Collobium hirtum Roth. in Roem. Archiv. I. p. 37. *Bernh.* Erf. p. 141.

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in sylvaticis, in vineis. (In vineis, ad earum margines et muros *im Stein, in der Harfe,*

im

im Pfaffenberg et *im Teufelskeller.* Ad muros inque vineis prope *Volkach, Dettelbach, Escherndorf* et *Klein-ochsenfurth.* In sylvaticis prope *Estenfeld, Bergtheim, Prosselsheim, Uettingen* et alibi.)

Radix brevis, praemorsa. *Folia* in orbem digesta, terrae incumbentia, petiolata, lanceolato-oblonga, sinuato-runcinata, pilis *aut* setis simplicibus et bifurcatis scabra. *Scapi* radicales, erecti, tenues, laeves, ebracteati, 1-flori, *inferne* saepissime pilis adspersi. *Calyx* glaber, basi squamis adpressis auctus, profunde 8-angulus: *angulis* alternis minoribus, *omnibus* dorso setis nigris ciliatis. *Flos* terminalis, erectus, luteus, calyce duplo major, ante explicationem cernuus. *Semina* oblonga, sulcata: *exteriora* calyculis brevibus membranaceis multidentatis, *intermedia* pappo plumoso coronata.

Variat *foliis* integris *aut* obsolete dentatis.

341. Picris, *Bitterkraut, Bitterling.*

1) *P. hieracioides* foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, calyce exteriore laxo. *Habichtskraut-artiges Bitterkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1556. *Ejusd.* Enum. p. 821. *Pers.* syn. pl. II. p. 370. *Hoffm.* Germ. II. p. 107. *De Vest* M. b. p. 160. *Schkuhr.* b. H. t. 216.)
Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pomariis, in pratis, in nemorosis, ad vineas et fossas ubique.

Radix ramosa, fibrosa, fusco-flavicans. *Caulis* 1-2-pedalis et altior, erectus, angulosus, hirsutus, a basi jam ramosus. *Folia* alterna, sessilia, scabra, hirsuta, undulata, mucronato-dentata: *inferiora* lato-lance-

ce-

olata, *media* ovato-*aut* cordato-lanceolata semiamplexicaulia, *suprema* integriuscula deflexa margine setosa. *Pedunculi* terminales, ramosi, scabri, parum incrassati, calycem versus squamulis patentibus vestiti. *Calyx* calyculatus: *foliolis exterioribus* plurimis lanceolatis laxe patentibus inaequalibus abbreviatis scabris, *interioribus* conniventibus dorso piloso-scabris muticis. *Flosculi* calyce duplo longiores, lutei: *exteriores* subtus subrubelli. *Semina* oblonga, longitudinaliter striata: *striis* rugulis transversalibus interceptis. *Pappus* plumosus, sessilis, basi in annulum facile decedentem 5-gonum connatus.

342. Sonchus, *Gaensedistel*, *Sonchenkraut.*

1) *S. arvensis* pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis denticulatis basi cordatis. *Acker-Gaensed.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1512. *Ejusd.* Enum. p. 815. *Pers.* syn. pl. II. p. 363. *Hoffm.* Germ. II. p. 108. *De Vest* M. b. p. 173.)

Hieracium arvense Scopol. Carn. II. p. 110. *Bernh.* Erf. p. 136.

Perenn. Flor. *Junio - Augusto.*

Hab. in oleraceis, in arvis, in vineis et inter segetes ubique.

Planta tota lactescens. *Radix* repens. *Caulis* 2-3-pedalis, erectus, teres, fistulosus, laevis, ramosus. *Folia* alterna, amplexicaulia, laevia, basi cordata, runcinata: *lobis* rotundatis margine spinulis mollibus obsessis, *summa* sublanceolata dentata. *Flores* subumbellati, lutei: *pedunculis* longis teretibus et *calycibus*

se-

setis mollibus capitatis luteis vestitis. *Semina* oblonga, sulcata. *Pappus* plumosus sessilis.

2) *S. oleraceus* foliis integris et semipinnatis dentatis amplexicaulibus, seminibus oblongis compressis scabris. *Gemüsartige Gaensed. Haasenkohl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1514. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 174. *Herb. Bl.* t. 130.)

S. levis Moench. Meth. p. 545. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 125.

Hieracium oleraceum Scopol. Carn. l. c. *Bernh.* Erf. l. c.

Ann. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in agris oleraceis, in hortis et ruderatis ubique frequens.

Planta tota lactescens. *Radix* simplex, fibrosa. *Caulis* 1 - 3 - pedalis, erectus, teretiusculus, fistulosus, fragilis, glaber, *superne* ramosus. *Folia* alterna, amplexicaulia, laevia, glauco - viridia, runcinata: *lobis* acutis magis minusve dentatis *aut* spinosis. *Pedunculi* terminales et axillares, sybcymosi, glabri: ante florescentiam *superne* lanugine alba decidua tomentosi. *Calyx* glaber, glaucus. *Corollae* luteae.

3) *S. asper* foliis amplexicaulibus integris et semipinnatis dentatis rigidis, seminibus ovalibus alatis glabris. *Rauhe Gaensed.*

(*Hoffm.* Germ. p. 109. *Moench.* Meth. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. l. c. *Gmel.* Bad. III. p. 287.)

S. olerac. γ. L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c.

Hieracium asperum Bernh. Erf. l. c.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab.

Hab. in cultis et in ruderatis ubique.

Caule aspero, *foliis* rigidioribus saturate viridibus nec glaucis: *dentibus* rigidioribus pungentibus et *seminibus* glabris ad latera membranula appendiculatis a praecedente constanter diversus.

343. Lactuca, *Lattig*, *Salat.*

1) *L. sativa* foliis rotundatis: caulinis cordatis, caule corymboso. *Zahmer Lattig, Garten-Salat, Kopfsalat.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1523. *Ejusd.* Enum. p. 817. *Pers.* syn. pl. II. p. 364. *De Vest* M. bot. p. 175. *Herb. Bl.* t. 88.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Colitur ubique.

Planta tota, uti et omnes fere sequentes species, succo albo repleta. *Caulis* 2-3pedalis et altior, erectus, *superne* paniculatus, glaber. *Folia* glaberrima, mollia, denticulata, magis minusve rugosa *aut* undulata. *Flores* lutei.

Notissima in hortis nostris culinariis, ubi ultra 10 variationes coluntur.

2) *L. crispa* foliis sinuato-crenatis dentatis undulatis crispis, radicalibus carina pilosis, flosculis 5-partitis. *Kraussblaettriger Latt. krausser Salat.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *C. Bauhin.* Pin. theatr. bot. p. 123. VIII.)

L. sativ. γ. Linn. sp. pl. 1118.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Colitur cum praecedente.

Pri-

Primo jam intuitu *foliis* undulatis crispis ab antecedente facillime discernenda.

Planta sata faciem non mutat.

3) *L. scariola* foliis verticalibus runcinato-sinuatis denticulatis acutis carina aculeatis. *Wilder Latt. Stachel-Salat.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1526. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 110. *De Vest* M. bot. p. 174.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis, in montosis, ad sepes et vineas ubique.

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, glaber, ramosus, *spinulis* hinc inde obsessus, *superne* paniculatus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, dura, verticalia s. obliqua, hastata, runcinato-pinnatifida, varie denticulata, *nervo intermedio* pectinato-spinoso: *summa* sagittato-lanceolata mucronata. *Pedunculi* breves, squamati. *Calyces* glabri. *Flores* parvi, pallide lutei. *Semina* lanceolata, compressa, sulcata, pallida: *pappo* piloso longe stipitato.

Planta lactescens, nauseosa, subnarcotica.

4) *L. virosa* foliis horizontalibus oblongo-lanceolatis denticulatis obtusis basi sagittatis carina aculeatis: infimis sinuatis. *Giftiger Latt. Gift-Salat.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 109. *De Vest* M. b. p. 175. *Schkuhr.* b. H. t. 217.)

Ann. bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in ruderatis, ad muros. (In saxosis montosis inter vineas versus *Kleinochsenfurth*, prope *Thüngen, Arnstein* et in rupibus vinearum *des Steins* prope *Retzbach* et *Karlstadt.* Etiam inter ruinas ar-

cis *Karlsburg* cum *cl. D. Geist* specimina plura legi.)

Simillima antecedenti, a qua differt: *caule* plerumque altiore crassiore maculis saepissime atro-sanquineis s. nigricantibus adsperso, *foliis* longioribus ac latioribus fere horizontalibus: *inferioribus* inaequaliter sinuato-dentatis subundulatis, nec runcinatis, *seminibus* crassioribus supra medium tuberculato-striatis nigricantibus: *pappo* breviter stipitato coronatis.

Planta tota *lacte* acri, amaro, maxime viroso scatet.

5) *L. saligna* foliis carina aculeatis: radicalibus lanceolatis basi pinnatifidis, caulinis linearibus integerrimis sagittatis. *Weidenblaettriger Latt.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1528. *Ejusd.* Enum. p. 818. *Pers.* syn. pl. p. 365, *Hoffm.* Germ. p. 110. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 250.)

Ann. bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad muros, in rupestribus. (Ad muros vinearum *des Schlossberges* versus *Hoechberg*, im *Stein*, prope *Randesacker* et *Kleinochsenfurth.* Ad muros et in rupestribus vinearum infra *Retzbach*, prope *Karlenburg*, *Homburg*, in der *Eckartsleiden* prope *Unsleben* et alibi passim.)

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, teres, nitidus, glaberrimus, a basi plerumque ramosus *aut* simpliciusculus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, hastato-linearia, verticalia, glabra, glauco-viridia, costa media albida spinulis curvulis plerumque adspersa: *infima* dentato-subruncinata. *Flores* axillares et terminales, pedunculati, subracemosi, parvuli, flavi. *Calyces* cylindrici, longi, glabri: *fructiferi* ramis adpressi. *Corollulae* ligulatae, 5-dentatae, subtus plerum-

rumque fusco-luteae. *Semina* utrinque acuminata, nigricantia: *pappo* stipitato piloso coronata.

Variat *foliorum costis* inermibus.

6) *L. perennis* foliis omnibus pinnatifidis: laciniis linearibus sursum dentatis, floribus corymboso-paniculatis. *Ausdauernder Latt. blauer Bergsalat.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1530. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montanis lapidosis. (In saxosis, ad muros *auf dem Schlossberge* non procul *vom hoechberger Thore* et ad muros *arcis* versus *der Teufelsschanze.* Ad muros vinearum prope *Homburg.* In montibus *Kalmut* et *Kalbenstein*, alibique raro.)

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, sulcato-striatus, glaber, ramosus. *Folia* alterna, amplexicaulia, glabra, glauco-viridia, pinnatifida: *laciniis* lineari-lanceolatis sursum rariter dentatis, interdum integris; *summa* linearia integra *Flores* paniculati, speciosi, coeruleo-violacei. *Calyx* imbricatus, glaber. *Semina* striato-sulcata, nigra: *pappo* piloso longe stipitato.

Variat *foliis summis* etiam pinnatifidis et *floribus* albis.

344. CHONDRILLA, *Chondrille, Knorpelsalat.*

1) *Ch. juncea* foliis radicalibus runcinatis, caulinis integris. *Binsenartige Chondr. Sonnenwirbel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1531. *Ejusd.* Enum.

p. 818. *Pers.* syn. pl. II. p. 365. *Hoffm.* Germ. II. p. 110. *De Vest* M. b. p. 177. *Schkuhr* b. H. t. 218. *Jacq.* Austr. t. 427)

Hieracium junceum Bernh. Erf. p. 137.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis, ad agros, vias et muros copiose.

Caulis 2-3-pedalis et major, erectus, angulosus, ramosus, *inferne* strigosus, *superne* laevis. *Folia radicalia* et *infima caulis* runcinato-pinnatifida sinuato-denticulata scabra, *caulina superiora* atque *ramea* linearia obtusa sessilia glabra integra, interdum denticulata: *omnia* viridi-glauca. *Flores* terminales et laterales, sessiles, solitarii et fasciculati, lutei. *Calyx* scaber calyculatus. *Pappus* seminum stipitatus, pilosus.

Planta junior lactescit.

345. Prenanthes, *Hasenlattich, Berglattich.*

1) *Pr. muralis* foliis lyrato-pinnatifidis dentatis, caule paniculato. *Mauer-Hasenl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1543. *Ejusd.* Enum. p. 819. *Pers.* syn. pl. II. p. 367. *Hoffm.* Germ. II. p. 111. *De Vest* Man. b. p. 176. *Schkuhr.* b. H. t. 218.)

Chondrilla muralis Moench. Meth. p. 538. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 134.

Hieracium pauciflorum Bernh. Erf. p 138.

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in nemorosis, inter ruinas et ad muros vetustos passim abunde.

Cau-

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, teres, glaber, parum ramosus. *Folia* alterna, lyrato-hastata, glabra; *lacinia terminali* majori 3-loba: *lobis* acutis dentatis; *radicalia* petiolata, *caulina* sessilia amplexicaulia. *Flores* parvi, paniculati. *Calyx* squamulis 4 inaequali-longis basi auctus. *Flosculi* lutei, plerumque quini. *Semina* ovata, compressa: *pappis* simplicibus capillaribus brevissime stipitatis.

346. Leontodon, *Löwenzahn*, *Pfaffenroehrlein.*

1) *L. Taraxacum* squamis calycinis exterioribus reflexis, scapo 1-floro, foliis runcinatis dentatis glabris. *Gemeiner Löwenz. Ringelbusch, Gaensblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1544. *Ejusd.* Enum. p. 819. *Pers.* syn. pl. II. p. 367. *Hoffm.* Germ. II. p. 111. *De Vest* Man. bot. p. 164. *Schkuhr.* b. H. t. 219. *Herb. Blackw.* t. 1. et 501. *Knorr.* thes. I. t. K. 3.)

Taraxacum officinale Moench. Meth. p. 538. *Roth.* Germ. I. p. 334. III. p. 247.

T. vulgare Schrank. bajer. Fl. II. p. 314.

Hedypnois Taraxacum Scopol. Carn. II. p. 99.

Hieracium officinale Bernh. Erf. p. 138.

Perenn. Flor. vere et autumno.

Hab. in pratis, in cultis, in ruderatis et ad vias ubique copiose.

Planta tota, vere imprimis lactescens. *Radix* fusiformis, subramosa, carnosa, nigrescens. *Folia* plurima, *omnia* radicalia, terrae incumbentia, runcinata, dentata, glabra. *Scapi* e radice plures, digitales, palma-

mares, interdum pedales et altiores, erecti, simplicissimi, nudi, teretes, fistulosi, glabri, 1-flori. *Flos* magnus, luteus, tempore pluviali et vespere clausus. *Foliola calycina* lanceolata, glabra: *exteriora* laxe reflexa, *interiora* erecta parum longiora. *Receptaculum* convexum, nudum, punctis excavatis undique notatum. *Semina* oblonga, sulcata, fuscescentia: *pappo* longissime stipitato subplumoso coronata.

Variat *foliis* latioribus et angustioribus plus minusve incisis atque *floribus* multo minoribus.

2) *L. lividus* squamis calycinis omnibus erectis appressis, scapo 1-floro, foliis lanceolatis obtusis sinuato-dentatis glabris. *Bräunlicher Löwenz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1545. *Ejusd.* Enum. l. c. *Spreng.* Hal. p. 226.)

L. palustre Smith. Brit. II. 823. *Pers.* syn. pl. II. p. 367. *Hoffm.* Germ. II. p. 112.

L. salinum Pollich. Palat. n. 735. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 278. *Roth.* Germ. III. p. 243. *De Vest* Man. bot. p. 165. *Gmel.* Bad. III. p. 303.

L. erectum Hoffm. Germ. l. c.

Hedypnois Paludosa Scopol. Carn. II. p. 100. t. 48.

Taraxacum erectum Schrank. bajer. Fl. II. p. 314.

Apargia salina G. M. Sch. Fl. d. Wetter. III. p. 146.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (In humidis graminosis supra *salinas kissingenses* versus *Kissingen* legit *Pater meus def.*)

Valde similis praecedenti, a quo differt: *foliis* lanceo-

ceolatis glabris subcarnosis sinuato-dentatis, nec runcinatis, *scapis* inferne villosulis brevioribus divaricatis foliorum longitudine, *floribus* minoribus, *foliolis calycinis* omnibus erectis: *exterioribus* latioribus et brevioribus, *flosculis exterioribus* dorso plerumque purpureis.

347. Apargia, *Apargie.*

1) *A. autumnalis* scapo ramoso, pedicellis squamosis, foliis lanceolatis pinnatifidis glabriusculis. *Herbst-Aparg.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* III. p. 1550. *Ejusd.* Enum. p. 820. *Pers.* syn. pl. II. p. 368. *Hoffm.* Germ. II. p. 113. *De Vest* M. bot. p. 163.)

Leontodon autumnale Linn. sp. pl. 2. p. 1123. *Scopol.* Carn. II. p. 113. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 335. *Leers* Herb. p. 171. *Roth.* Germ. I. p. 333. III. p. 242.

Hedypnois autumnalis Smith. Brit. II. p. 826.

Scorzoneroides autumnalis Moench. Meth. p. 549.

Scorzonera autumnalis Bernh. Erf. p. 140.

Perenn. Flor. Julio-Octobri.

Hab. in pratis, in pascuis et ad vias ubique.

Radix praemorsa, fibrosa, fasciculata. *Scapi* plures, palmares, pedales et altiores, erecti, foliis multo longiores, basi non raro declinati, teretes, striati, glabri, ramosi, ad ramificationes foliolo parvo lineari integerrimo donati, coeterum nudi. *Folia* radicalia, in orbem congesta, ad terram decumbentia, petiolata, lineari-lanceolata, laete viridia, glabra, rarius scabrius-

uscula, pinnatifida: *laciniis* decurrentibus oppositis et alternis integris, *extima* elongata hastata obtusiuscula. *Pedunculi* terminales, longi, pubescentes, sub flore incrassati: *squamis* sparsis subulatis ad basin calycis usque obsessi. *Calyx* cylindricus, pilosus: *foliolis* imbricatis oblongis apice nigricantibus. *Corollulae* ligulatae, luteae, subtus apicem versus rubro striatae. *Semina* gracilia, transversim rugosa, sulcata: *radialia* pappo plumoso sessili, *centralia* pappo substipitato donata.

Variat in locis praesertim lapidosis sterilibus: *scapis* dimidio brevioribus minus ramosis et *foliis* angustioribus subintegris.

2) *A. hispida* scapo 1-floro, foliis runcinatis dentatis calycibusque hirtis: pilis subfurcatis. *Steifhaarige Aparg.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1552. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. l. c. *Moench.* Meth. p. 541.)

Leontodon hispidum Linn. sp. pl. 2. p. 1124. *Scop.* Carn. II. p. 111. *Schrank.* bajer. Flor. II. p. 336. *Leers* Herb. p. 172. *Roth.* Germ. I. l. c. III. p. 244.

Hedypnois hispida Smith. Brit. II. p. 823.

Picris acaulis Bernh. Erf. p. 141.

Perenn. Flor. Junio-Octobri.

Hab. in pratis, in sylvaticis, ad vias et colles ubique.

Radix subfusiformis, fibrosa, fusca. *Scapi* 1-2-digitales *aut* palmares, basi incurvi, dein erecti, simplices, 1-flori, nudi, setis albidis furcatis scabri. *Folia* numerosa, *omnia* radicalia, subsessilia, terrae incumbentia, oblonga, mucrone brevi obtuso terminata, sinu-

nuato-dentata, incana, pilis apice 2-3-furcatis scabra. *Bractea* sub flore solitaria, parva, linearis, pilis furcatis hirta. *Flos* erectus, luteus, ante explicationem cernuus. *Calyx* ovatus, pilis albis brevibus rigidis simplicibus undique tectus. *Corollulae* ore pilosae, apice glandulosae 5-dentatae. *Semina* gracilia, oblonga, tuberculato-denticulata, *pappo* sessili plumoso longiora.

Variat *scapo* pedali et longiore, *foliis* subintegris et pinnatifidis.

3) *A. hastilis* scapo 1-floro, foliis lanceolatis runcinato-dentatis calycibusque glabris. *Glatte Ap.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1548. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 367. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. bot. p. 162.)

A. danubialis Scop. Carn. II. p. 114.

A. livida Moench. Meth. p. 542.

Leontodon hastile Linn. sp. pl. 2. p. 1123. *Jacq.* Austr. t. 164. *Roth.* Germ. I. p. 333. III. p. 241.

Picris danubialis Allion. Pedem. t. 40. f. 3.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis humidis, in sylvaticis. (In graminosis humidis circa *Moos*, *Kleinrinderfeld*, prope *Hassfurth*, *Neustadt* etc. In nemorosis *sylvae Zellensis* versus *der frankfurter Chaussee.* In caeduis *des gramschatzer* et *guttenberger Waldes.* In *sylva brombergensi, im Huck* prope *Wipfeld,* in sylvaticis prope *Heidenfeld* et alibi.)

Simillima antecedenti, a qua *glabritie* imprimis partium omnium facillime discernitur.

Hanc in horto cultam in *A. hispidam* demum mutatam observavit *Ill. Schkuhrius.* (*Ejusd. bot. Handb.*

Handb. III. p. 25.) In horto autem nostro botanico ambae plantae per multos annos cultae, nescio, quo fato, mutatae non sunt.

348. Hieracium, *Habichtskraut.*

Scapo unifloro.

1) *H. Pilosella* foliis ovatis integerrimis pilosis subtus tomentosis, stolonibus repentibus. *Haariges Habichtskr. Mausoehrlein.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1563. *Ejusd.* Enum. p. 822. *Pers.* syn. pl. II. p. 371. *Hoffm.* Germ. II. p. 115. *De Vest* M. b. p. 166. *Sturm.* D. Fl. I. 27. *Herb. Bl.* t. 365. *Knorr.* thes. II. t. P. 3.)

Perenn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in pratis siccioribus, in pascuis, in versuris, ad colles et margines sylvarum arenosas ubique.

Stolones e radice fibrosa repentes, pilosi, foliosi, steriles. *Scapus* digitalis, palmaris et altior, erectus, teres, nudus, pilosus, simplex, 1-florus. *Folia* petiolata, elliptica, obtusa, integerrima, *supra* pilosa laete viridia, *subtus* albo-tomentosa: *radicalia* in orbem digesta, *stolonum* alterna. *Flos* terminalis, speciosus: *flosculis* citrinis, *extimis* subtus purpurascentibus. *Calyx* ovatus *pilis* nigris rigidis capitatis hirsutus. *Receptaculum* setis brevibus obtectum. *Semina* nigricantia, striata. *Pappus* sessilis, capillaris.

Variat *scapo* 2-floro et *stolonibus* nullis.

Scapo nudo multifloro.

2) *H. dubium* foliis elliptico-lanceolatis subinte-

tegerrimis ciliatis glabris, stolonibus repentibus, caule sub-4-floro. *Zweifelhaftes Habichtskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 167.)

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in pratis et pascuis, ad colles et sylvarum margines fere ubique.

Antecedenti maxime affine, cum quo saepissime confunditur. *Caulis* digitalis *aut* palmaris, rarius altior, erectus *aut* decumbens, teres, glaber, *superne* pubescens 2-3-florus et *squamis* paucis minimis lanceolatis instructus, *basi* stoloniferus. *Folia* obverse-lanceolata, obtusa, integerrima, *basi* attenuata, *utrinque* laete viridia, *supra* et *basin* versus pilis longis albis obsita, *coeterum* glabra: *radicalia* numerosa in orbem digesta, *stolonum* pauca alterna. *Flores*, quam in praecedente duplo fere minores, ntrinque pallide sulphurei. *Calyces* subcylindrici pilis nigris obsiti.

Variat *caule* 1-5-floro *squamis* superne pluribus aucto, et *stolonibus* nullis.

3) *H. Auricula* foliis lanceolatis acutis integris utrinque hispidis margine ciliatis, stolonibus repentibus, caule piloso multifloro plerumque 1-folio. *Grosses Habichtskr. grosses Mausohr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1564. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 339. III. p. 263.)

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in saxosis et in collibus fere ubique.

Differt ab antecedente: *caule* 1-2-pedali crassiore piloso in medio folio plerumque unico instructo, *foliis*

foliis lanceolatis acutis pilis rigidis obsessis et *floribus* 4-8 subumbellatis parum minoribus luteis.

4) *H. cymosum* foliis oblongo-lanceolatis subintegerrimis hirtis, caule sub-2-folio hispido cymoso-multifloro, pedunculis propriis glomeratis. *Trugdoldenfoermiges Habichtskr. vielblüthiges Mausohr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1566. *Ejusd.* Enum. p. 822. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Spreng.* Hal. t. 10. f. 2.)

Perenn. Flor. *Junio - Augusto.*

Hab. in montosis, in collibus, ad muros et in vineis praesertim melioris indolis.

Radix teres, fibrosa, albicans, praemorsa. *Stolones* nulli. *Caulis* 1-2-pedalis et altior, erectus, teres, striatus, *superne* cymosus, *inferne* praecipue pilis rigidis tuberculis insidentibus praeditus, *infra medium* foliis plerumque 2, interdum 1-3 et 4 instructus. *Folia* oblonga, lanceolata, integerrima, basin versus praesertim *tuberculis* piliferis purpureis obsessa: *radicalia* numerosa in orbem digesta in petiolum decurrentia, *caulina* alterna remota sessilia semiamplexicaulia angustiora. *Pedunculi* terminales, alterni, approximati, dichotomi, scabri, cymoso-umbellati. *Calyces* setis nigris adspersi. *Flores* parvi, pallide lutei.

Variat interdum *radice* stolonifera. (*Gochnat Tent. de plant. cichor. p.* 17.)

5) *H. florentinum* foliis lanceolatis acutis integerrimis pilosis, caule subfolioso calyceque pilosiusculo, floribus corymboso-paniculatis, pedunculis propriis divaricatis. *Florentinisches Habichtskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1565. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Spreng.* Hal. t. 10. f. 1.)

Perenn.

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in siccis lapidosis, ad muros. (Ad marginem nemoris inter *Versbach* et *Majnbrunn* raro. In lapidosis prope *Retzbach, Euerdorf, Roettingen* et *Frickenhaussen* hinc inde. Passim etiam juxta vineas et ad earum muros in via versus *Veitshoechheim,* im *dürrbacher Wildgraben,* in der *äusseren* und *inneren Leiste,* alibique rarius.)

Radix teres, fibrosa, praemorsa, lutescens. *Stolones* nulli. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, teres, pilis hinc inde raris adspersus, coeterum glaber, foliis plerumque 2 praeditus. *Folia* longa, lanceolata, angusta, integerrima, basin versus pilis longis ciliata, glauco-viridia: *radicalia* in orbem digesta in petiolum desinentia, *caulina* plerumque breviora et angustiora, sessilia. *Pedunculi* terminales, divaricati, nec glomerati, paniculam corymbosam formantes, et, uti calyces pilis raris adspersi. *Flores* quam in praecedente duplo fere minores, lutei.

Planta non adeo rara, uti videtur. Ob maximam cum antecedente affinitatem saepissime negligitur et intuitu primo cum ea confunditur.

6) *H. praemorsum* foliis ovatis obtusis subdentatis pubescentibus, scapo nudo racemoso, floribus superioribus primoribus. *Abgebissenes Habichtskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1567. *Ejusd.* Enum. p. 823. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 116. *De Vest* M. b. p. 168.)

Crepis praemorsa Walth. Fl. von Giess. p. 584.

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in sylvaticis siccis, in collibus, ad muros. (In siccis *des veitshoechheimer, guttenberger,*

ki-

kister et *bromberger Waldes.* In sylvaticis prope *Gerbrunn, Versbach, Rimpar, Büssensheim, Theilheim, Erlach, Dertingen* versus *Helmstadt,* et *Ochsenfurth* im *Kapuzinerholz.* Im *Steigerwald* versus *dem waldschwinner Hof* et auf dem *Hassberge* versus *Ober-Lauringen* et *Nassach.* Ad muros, in lapidosis et in collibus prope *Arnstein, Büchold, Neustadt a. S. Münnerstadt, Unsleben* et alibi rarius.)

Radix subcylindrica, fusca, praemorsa. *Caulis* sesqui- et 2-pedalis, erectus, simplex, nudus, obsolete angulosus, scabriusculus, laete viridis, radicem versus saepius purpurascens. *Folia* numerosa, *omnia* radicalia, in orbem congesta, in petiolum brevem decurrentia, ex ovato oblonga, elongata, utrinque molliter pubescentia, laete viridia, integra *aut* subdentata. *Racemus* terminalis, subsecundus: *pedunculis inferioribus* ramosis, *superioribus* simplicibus; *omnibus* basi bractea lineari suffultis, *terminalibus* prius florentibus. *Flores* parvi, lutei. *Calyx* fere glaber.

Flores inter omnes *Hieracii* species minimi.

Caule folioso.

7) H. *murorum* foliis ovatis pilosis basi profunde dentatis, floribus paniculatis, caule piloso 1-folio superne ramoso. *Mauer-Habichtskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1577. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 372. *Hoffm.* Germ. p. 118. *De Vest* M. bot. p. 171. *Herb. Bl.* t. 538.)

Perenn. Flor. Majo-Augusto.

Hab. in sylvaticis, in collibus saxosis, ad viarum margines et muros ubique.

Radix fibrosa. *Caulis* 1-2-pedalis et altior, erectus, teres, solidus, sulcato-striatus, hirsutus, medium ver-

sus folio uno alterove praeditus. *Folia* ovata *vel* ovato-lanceolata, viridia, maculis non raro atropurpureis s. rubellis notata, utrinque hirsuta: *radicalia* numerosa longe petiolata basin versus praecipue profunde dentata *aut* subpinnatifida, *caulina* (plerumque unicum) minora subsessilia argute dentata. *Pedunculi* terminales, 1-flori, hirsuti, subumbellati: *bracteis* exiguis subulatis. *Calyces* hirsuti, corolla duplo breviores. *Flores* mediocres, lutei.

Notabilem hujus variationem: *caule* altiori, *foliis* latioribus utrinque purpureo-maculatis et margine undulatis prope *Veitshoechheim* legit *dil. frater meus A. H.*

Variat praetera *caule* et *foliis* pilis longis albidis copiosissimis instructis.

8) *H. paludosum* foliis ovato-lanceolatis runcinato-dentatis: radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus, floribus paniculatis, calycibus hispidis, caule glabro simplici. *Sumpf-Habichtskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1579. *Ejusd.* Enum. p. 824. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 221.)

Crepis paludosa Moench. Meth. p. 535. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 120.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemorosis, paludosis. (In paludosis et nemorosis udis *montium rhoenan. nigrorum,* in monte *Auersberg* et ad pedes *montis Milzburg* versus *Tanzwiese,* alibique raro.)

Radix fibrosa. *Caulis* sesqui-et 2-pedalis, etiam altior, erectus, teres, fistulosus, angulato-sulcatus, nitidus, glaber, *superne* ramosus. *Folia* glabra, laete viri-

viridia: *radicalia* in petiolum latum decurrentia ovata sinuato-dentata, *caulina* sessilia amplexicaulia cordato-lanceolata runcinata apicem versus integerrima, *summa* lineari-lanceolata integerrima. *Flores* terminales, lutei, paniculati: *pedunculis* longis 1-floris superne pilosis. *Bracteae* parvae, ciliatae. *Calyces* pilis nigris glanduliferis hispidi.

9) *H. sabaudum* foliis ovato-lanceolatis sinuato-dentatis: caulinis sessilibus semiamplexicaulibus subtus scabris, floribus paniculatis subsecundis, caule simplici calyceque glabriusculo. *Savojisches Habichtskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1589. *Ejusd.* Enum. p. 826. *Pers.* syn. pl. p. 374. *Hoffm.* Germ. II. p. 120. *De Vest* M. b. p. 172.)

Hieracioides flexuosa Moench. Meth. p. 547.

Crepis montana Bernh. Erf. p. 138.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in montosis, in graminosis nemorosis. (In montibus *Kalbenstein* prope *Karsbach, Hohwann* prope *Hassfurth*, *Schwammberg* prope *Kitzingen, st. Viti* prope *Neustadt a. S.* et *Hassberg* passim. In nemorosis et ruderatis prope *Aub* versus *Reichelsperg.* In nemorosis versus *den erlacher Seen,* prope *Tückelhaussen* et alibi non adeo raro.)

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, teres, strictus, valde foliosus, sulcatus, *inferne* praecipue hirsutus, *superne* laevior et ramosus. *Folia* alterna, rigida, scabriuscula, non raro etiam glabriuscula et maculis purpureis adspersa: *inferiora* subsessilia, lanceolata longiora, *superiora* sessilia semiamplexicaulia ovato-lanceolata sinuato-dentata, *summa* minora lanceolata in-

integerrima. *Flores* terminales, mediocres, lutei, corymboso-paniculati: *pedunculis* 1-floris incanis, *exterioribus* interioribus longioribus. *Calyces* obscure virides, subpilosi *aut* glabri: *squamis infimis* brevioribus laxis patentibus. *Receptaculum* alveolato-subsquamosum. *Pappus* sessilis, scaber.

Variat *caule* undique hirsuto et minus ramoso, *foliis* latioribus, angustioribus, minus sinuato-dentatis, fere glabris et immaculatis.

10) *H. umbellatum* foliis lineari-lanceolatis subdentatis, floribus corymboso-umbellatis, calycibus squarrosis, caule simplici folioso. *Doldenblüthiges Habichtskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1591. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 173.)

Hieracioides umbellata Moench. Meth. l. c.

Crepis umbellata Bernh. Erf. l. c.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in pascuis, in incultis, ad viarum et sylvarum margines fere ubique.

Caulis sesqui-*aut* 2-3-pedalis, erectus totus, *aut* basi declinatus, teres, obsolete striatus, magis, quam in antecedente, glaber et minus foliosus, simplex, *superne* divisus. *Folia* alterna, lineari-lanceolata, magis minusve s. obsolete dentata, rigidiuscula, subscabra, utrinque viridia: *inferiora* in petiolum brevissimum decurrentia, *superiora* perfecte sessilia semiamplexicaulia. *Pedunculi* subterminales, erecti, 1-flori, pubescentes, *superne* paulo incrassati, fere umbellati. *Calyces* obscure virides: *squamis exterioribus* patentibus squarrosis apice reflexis. *Flores* praecedentis.

Receptaculum profunde alveolatum, subhispidum. *Pappus* scaber.

Variat *caule* ramosissimo et *foliis* angustissimis linearibus integris.

349. Crepis, *Pippau*, *Grundfeste.*

1) *Cr. foetida* foliis scabris runcinato-pinnatifidis: summis lanceolatis basi profunde incisis, calycibus angulatis subvillosis. *Starkriechender Pipp.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1598. *Ejusd.* Enum. p. 827. *Pers.* syn. pl. II. p. 376. *Hoffm.* Germ. II. p. 121. *De Vest* M. b. p. 177.)

Hostia foetida Moench. Meth. Supplem. p. 221.

Wibelia graveolens G. M. Sch. Fl. d. Wetter. III. p. 144.

A*nn. Flor. Junio-Augusto.*

Hab. in pascuis siccis, in arenosis, ad vias et colles passim.

Caulis pedalis et major, erectus, sulcatus, hirsutus, ramosus. *Folia* pilosa, scabra: *radicalia* numerosa in cespitem congesta petiolata obtusiuscula runcinata dentata, *caulina* alterna amplexicaulia acuminata pinnatifida. *Flores* terminales, mediocres, lutei, erecti, ante explicationem nutantes: *pedunculis* elongatis 1-floris sursum incrassatis. *Bractea* exigua, linearis, integerrima, in medio plerumque pedunculi. *Calyces* angulati, incani, molliter villosi. *Flosculi exteriores* dorso plerumque rubicundi. *Pappus* capillaris, longe stipitatus.

Planta tota canescit et trita odorem spargit peculiarem narcoticum.

Fo-

Folia radicalia in petiolum usque runcinata; inde *petiolus* dentatus adparet.

2) *Cr. tectorum* foliis glabris: radicalibus tenuissime sinuato-runcinatis, caulinis lineari-lanceolatis amplexicaulibus sagittatis, calycibus subvillosis. *Dach-Pippau.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1601. *Ejusd.* Enum. p. 828. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Cr. varia Moench. Meth. p. 534.

Cr. polymorpha Walth. Fl. v. Giess. p. 583.

Hieracium agreste Bernh. Erf. p. 137.

Ann. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in pascuis siccis, in ruderatis, ad muros.

Caules palmares, 1-2-pedales et majores, erecti toti *aut* basi declinati, fistulosi, angulati, glabri, multiflori, ramosi: *ramis* longitudine fere ipsius caulis. *Folia* lanceolata, glabra *aut* margine solummodo subhirsuta, laete viridia: *radicalia* in orbem congesta petiolata tenuissime sinuato-dentata, *inferiora* breviter petiolata runcinata dentata: *dentibus infimis* longioribus erectis, *superiora* et *ramea* sensim angustiora linearia integra subsagittata marginibus revoluta. *Flores* terminales, subcorymboso-paniculati, parvi, semper erecti, nec nutantes. *Bractea* minima sub quovis flore. *Corollulae* luteae, subtus pallidiores. *Calyx* calyculatus, pilis capitatis adspersus. *Pappus* sessilis, capillaris, mollissimus.

Variat *caulibus* multo minoribus et altioribus, parum ramosis *foliisque* hirsutis.

Sero etiam autumno saepe florere incipit.

3) *Cr. biennis* foliis hispidis runcinato-pinnatifidis: summis sessilibus lanceolatis dentatis, calycibus pubescentibus muricatis. *Zweijaehriger Pipp.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1603. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 178.)

Bienn. Flor. Majo-Augusto.

Hab. in pratis, in pomariis, ad muros, ad vias et sylvarum margines ubique.

A praecedente differt: *radice* bienni, *caule* multo altiore 3-4-pedali, in pomariis altitudine fere humana, duriore fragili *inferne* minus ramoso magisque scabro, *foliis omnibus* pinnatifidis dentatis subtus praecipue hispidis: *lobo extimo* tiangulari integro, *floribus* triplo majoribus: *corollulis* utrinque luteis nec subtus pallidioribus, *calycibus* obtusioribus aculeis mollibus muricatis et *receptaculo* pilis tenuissimis obsesso.

350. Hypochoeris, *Ferkelkraut*, *Saukraut*, *Freudenkraut.*

1) *H. maculata* caule solitario nudiusculo subsimplici, foliis ovato-oblongis integris dentatis. *Geflecktes Ferkelkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1620. *Ejusd.* Enum. p. 831. *Pers.* syn. pl. II. p. 378. *Hoffm.* Germ. II. p. 122. *De Vest* Man. b. p. 179.)

Achyrophorus maculatus Scop. Carn. II. p. 116.

Trommsdorffia maculata Bernh. Erf. p. 140.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, in pascuis montanis, in sylvaticis et nemorosis passim.

Ra-

Radix teres, crassa, ramosa, fusco-nigricans. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, teres, striatus, hirtus, saepe purpureo-maculatus, folio uno alterove et ramo unico simplici in medio instructus. *Folia* ovato-lanceolata, variter argute dentata, utrinque hirsuta, laete viridia, maculis plerumque purpureis variegata: *radicalia* numerosa in orbem disposita terrae incumbentia petiolata, *caulina* alterna sessilia angustiora acutiora semiamplexicaulia. *Flos* terminalis, magnus, speciosus, luteus. *Calyx* longus, extus piloso-scaber. *Semina* rugosa. *Pappus* stipitatus.

2) *H. glabra* glabriuscula, caule ramoso subfolioso, foliis dentato-sinuatis. *Glattes Ferkelkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1621. *Ejusd.* Enum p. 832. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 225.)

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in campis arenosis et inter segetes. (Ad agros et inter segetes prope *Gramschatz, Sulzdorf, Ingolstadt, Gerolshaussen, Euerdorf* etc. raro. Copiosius in agris inter *Bremig* et *Waldberg*. Ad margines sylvarum arenosas prope *Rimpach, Dimbach, Grossenlangheim* et alibi passim.)

Radix fusiformis, pallide fusca. *Caules* plures, digitales, palmares et longiores, erecto-patentes *aut* decumbentes, tenues, teretes, glabri, ramosi. *Folia radicalia* plurima, in cespitem congesta, ad terram decumbentia, subsessilia, sublingulata, sinuato-dentata, glabriuscula, margine ciliata, *caulina* perpauca minima ad ramulorum divisiones. *Flores* terminales, solitarii, parvi, lutei: *pedunculis* superne paulo incrassatis. *Calyx* cylindricus, laevis, basi imbricatus, glaucus, apice rubellus. *Semina* utrinque attenuata, scabra,

bra, striato-rugosa. *Pappus* plumosus: *radii* sessilis, *disci* stipitatus.

3) *H. radicata* foliis runcinatis obtusis scabris, caulibus ramosis nudis laevibus, pedunculis squamosis. *Langwurzliches Ferkelkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1622. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. l. c.)

Achyrophorus radicatus Scop. Carn. II. p. 117. *Wib.* Werth. p. 157. *Bernh.* Erf. p. 141.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis, in versuris et in subhumidis, etiam in sylvis ubique.

Radix fusiformis, albida, profunde in terram penetrans. *Caules* plures, 1 - *aut* sesqui - pedales, non raro etiam 2 - pedales, erecti, teretes, basi pilosi, coeterum glabri, glaucescentes, nudi, ramosi: *ramis* paucis (1 - 3) simplicibus 1 - floris *superne* incrassatis et squamatis. *Folia omnia* radicalia, in cespitem congesta, depressa, sessilia, oblonga, obtusa, basi attenuata, runcinata, dentata, laete viridia, scabra. *Calyx* oblongus, imbricatus, apice rufus: *foliolis* carina ciliatis. *Flosculi* lutei, subtus lividi. *Receptaculum* paleis longis membranaceis obsitum. *Pappus* stipitatus.

351. ARNOSERIS, *Laemmersalat*, *Krannichkraut.*

1) *A. pusilla* foliis obovatis dentatis, scapo sub-3-floro, pedunculis fistulosis clavato-incrassatis. *Kleiner Laemmers.*

(*Gaertn.* Sem. II. p. 355. t. 157. f. 3. *Moench.* Meth. p. 533. *Wib.* Werth. p. 150. *Gmel.* Bad. III. p. 347.

347. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 119. *Bernh.* Erf. p. 134.)

Hyoseris minima Pers. syn. pl. II. p. 369. *Hoffm.* Germ. II. p. 122. *De Vest* M. b. p. 159. *Smith.* Brit. II. p. 839. *Roth.* Germ. I. p. 343. III. p. 278. *Schkuhr.* b. H. t. 224.

Lapsana pusilla L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1623. *Ejusd.* Enum. p. 832. *Rebent.* Neom. p. 97. *Spreng.* Hal. p. 221.

L. minima Schrank. bajer. Flor. II. p. 343.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes, etiam in vineis. (Inter segetes prope *Mühlhaussen*, *Prosselsheim*, *Rimpar*, *Gelchsheim*, *Aub*, *Stalldorf* etc. passim. In agris inter *Bremig* et *Waldberg*. In vineis im *Pfaffenberg*, prope *Unterdürrbach*, dem *rothen Kreutze* et alibi hinc inde.)

Radix parva, fibrosa. *Caules* plures, digitales *aut* spithamaei, erecti, tenues, teretes, glabri, aphylli, *superne* incrassati, *ramulo* uno alterove conformi instructi. *Folia omnia* radicalia, subpetiolata, terrae incumbentia, in orbem digesta, oblonga, obtusa, dentata, glauco-viridia, glabriuscula. *Flores* terminales, solitarii, parvi, lutei. *Semina* angulosa, costato-striata, coronata: *marginalia* incurva, *centralia* recta.

352. Lapsana, *Rainkohl*, *Milchen.*

1) *L. communis* foliis ovatis petiolatis: radicalibus lyratis, caulinis angulato-dentatis, calycibus angulatis, caule paniculato. *Gemeiner Raink.* *Steinkohl.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1624. *Ejusd.* Enum. p.

p. 833. *Pers.* syn. pl. II. p. 348. *Hoffm.* Germ. II. p. 124. *De Vest* M. b. p. 158.)

Lampsana communis Scop. Carn. II. p. 117. *Moench.* Meth. p. 132.

Ann. bienn. Flor. Majo - Septembri.

Hab. in cultis, ad muros, vineas et in nemorosis ubique.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* 1 - 2 - 3 - pedalis, interdum altior, erectus, rigidus, angulosus, scaber, *superne* paniculato - ramosus. *Folia* subpilosa, molliuscula, dentata: *radicalia* et *infima caulis* ovata lyrata obtusa, *caulina* alterna acuta subsinuata dentata, *superiora* et *ramea* minora lanceolata integra. *Pedunculi* terminales, teretes, filiformes, glabri, ramosissimi. *Flores* parvi, flavi. *Calyces* glabri: *fructiferi* ovati angulati. *Semina* angulata, mutica.

353. Cichorium, *Zichorie.*

1) *C. Intybus* floribus axillaribus geminis, foliis runcinatis. *Wilde Zich. Weegwarte.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1628. *Ejusd.* Enum. p. 834. *Pers.* syn. pl. II. p. 379. *Hoffm.* Germ. II. p. 124. *De Vest* Man. bot. 178. *Schkuhr.* b. H. t. 226. *Sturm.* D. Fl. I. 6. *Knorr.* thes. I. t. W. 9. *Herb. Bl.* t. 177 et 183.)

Perenn. Flor. Junio - Septembri.

Hab. ad vias et vinearum margines ubique frequens.

Radix fusiformis, carnosa, *extus* lutescens, *intus* alba. *Caulis* sesqui - 2 - et 3 - pedalis, erectus, strictus, angulosus, scaber, ramosus: *ramis* alternis divari-

ri-

ricatis. *Folia* scabriuscula, laete viridia: *radicalia* petiolata in orbem congesta lanceolata runcinata, *caulina* pauca alterna amplexicaulia sinuato-dentata mucronata, *summa* cordato-lanceolata integerrima. *Flores* magni, speciosi, coerulei, ad caulis et ramorum latera sessiles plerumque bini, interdum terni et solitarii. *Calyx* hispidus. *Receptaculum* in centro paleaceum, in ambitu externo nudum. *Semina* angulata: *pappo* paleaceo.

Variat *floribus* albis et roseis, atque *pedunculis* brevibus instructis.

2) *C. Endivia* pedunculis axillaribus geminis: altero elongato 1-floro, altero brevissimo 3-4-floro, foliis oblongis denticulatis, ramis flexuosis. *Zahme Zich. Salat-Zichorie, Endivie.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1629. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Herb. Bl.* t. 378.)

Ann. bienn. Flor. Julio.

Hab. in India orientali. (In hortis ubique frequenter colitur.)

Flores capitati, coerulei, quam in antecedente minores. *Rami* flexuosi. *Folia* teneriora.

354. Arctium, *Klette.*

1) *A. tomentosum* calycibus arachnoideo-tomentosis: margine paleis conicis acutis. *Filzige Kl. Spinnenklette.*

(*Pers.* syn. pl. II. p. 383. *Gmel.* Bad. III. p. 353. *Bernh.* Erf. p. 154. *Schkuhr.* b. H. t. 227.)

A. Bardana L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1632. *Ejusd.* Enum. p. 835. *Spreng.* Hal. p. 231.

A.

A. Lappa β. *Linn.* sp. pl. II. p. 1143. *Hoffm.* Germ. II. p. 124. *De Vest* M. b. p. 189. *Roth.* Germ. I. p. 349. III. p. 298.
Lappa bardana Moench. Meth. p. 552.
Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias et muros ubique.

Radix praelonga, fusiformis, *extus* nigricans, *intus* albida. *Caulis* 3-4-pedalis, erectus, crassus, teres, sulcatus, villosus, ramosus: *ramis* patentissimis. *Folia* alterna, subdenticulata, margine parum undulata, *supra* viridia, *subtus* venosa cinerea: *inferiora* longe petiolata cordata maxima ampla, *superiora* brevius petiolata obtusa minora. *Flores* breviter pedunculati, terminales et axillares, capitati, corymbosi, plerumque purpurei, rarius albidi. *Calyces* globosi, lana bombycina quasi intertexti, squamis uncinatis vestibus, animalium pellibus *aut* invicem arcte adhaerentes. *Semina* 4-angularia. *Pappus* setosus, scaber.

2) *A. majus* calycibus nudis: margine paleis obtusis clavatis. *Grosse Kl.*

(*Schkuhr.* b. H. l. c. *Gmel.* Bad. p. 354. *Bernh.* Erf. l. c.)

A. Lappa L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1631. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.

Bardana major)
Lappa major) *Herb. Bl.* t. 117.

Bienn Flor. Jul. Augusto.

Hab. cum praecedente.

Calycibus imprimis glabris, nec arachnoideo-tomentosis ab antecedente satis distinctum.

3)

3) *A. minus* calycibus nudis: margine paleis cylindraceis acutis. *Kleine Kl.*

(*Schkuhr.* b. Handb. l. c. *Gmel.* Bad. p. 355. *Bernh.* Erf. l. c.)

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad viarum margines et ripas siccas.

Simillimum praecedenti, a quo differt: *caule* et *foliis* minoribus, *floribus* multo minoribus congestis racemoso-corymbosis, qui in illo solitarii, et *squamis* calycis glabri cylindraceis acutis.

Certe species 3 distinctae. In horto cultae nulli succubuerunt mutationi, in quod ante multos jam annos attentum me fecit *dil. Pater meus def.*

A plurimis adhuc authoribus tanquam variationes invicem conjunguntur.

355. Carduus, *Weegdistel.*

1) *C. nutans* foliis interrupte decurrentibus spinosis, floribus solitariis cernuis, squamis calycinis lanceolatis superne patentibus. *Ueberhaengende Weegd.* *Bisam-Distel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1648. *Ejusd.* Enum. p. 837. *Pers.* syn. pl. II. p. 384. *Hoffm.* Germ. II. p. 125. *De Vest* M. b. p. 181.)

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in ruderatis et ad vias ubique.

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, ramosus, glabriusculus, foliis decurrentibus interrupte alatus. *Folia* decurrentia et semidecurrentia, alterna, lanceolata, subvillosa, pinnatifida, plicato-undulata: *laciniis* 2-3-lobis margine spinosis. *Pedunculi* terminales,

I-

1-flori, subinermes, tomentosi. *Flos* magnus, speciosus, purpureus, mane praecipue *Moschum* subredolens, deorsum nutans. *Calyx* ovato-subrotundus: *squamis* lanceolatis patentibus acute spinosis. *Pappus* sessilis, deciduus.

Variat raro *flore* albo.

2) *C. acanthoides* foliis decurrentibus sinuato-spinosis subtus pubescentibus calycibus globosis subpedunculatis erectis: squamis linearibus recurvatis. *Baerenklauartige Weegd.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1650. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 385. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 182. *Jacq.* Austr. t. 249. *Schkuhr.* b. II. t. 228.)

C. polyacanthos Schreb. spicil. Fl. Lips. p. 15. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 159. *Gmel.* Bad. III. p. 360.

Ann. bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis ubique.

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, angulosus, subtomentosus, ramosus, foliis decurrentibus utrinque alatus: *alis* lobatis spinosis. *Folia* alterna, decurrentia, lanceolata, pinnatifida: *laciniis* plicato-undulatis divaricatis margine spinosis *supra* saturate viridibus *subtus* pallidioribus pubescentibus. *Flores* terminales, breviter pedunculati, erecti, purpurei, odorati. *Calyx* subglobosus: *squamis* linearibus angustis subvillosis rigide spinosis patulis. *Pappus* sordide albidus, brevis, deciduus.

Flores quam in antecedente minores, sed paulo majores, quam in sequente.

Variat raro *floribus* albidis.

3) *C. crispus* foliis decurrentibus sinuatis margi-

gine spinosis subtus lanuginosis, calycibus pedunculatis aggregatis: squamis subulatis mucronatis patulis. *Krausse Weegd.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 1652. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias saxosas, ad ripas.

Differt ab antecedente: *caulibus* undique crispo-alatis, *foliis* mitioribus sinuato-denticulatis undulatis nec pinnatifidis *supra* viridibus *subtus* villoso-tomentosis, *floribus* minoribus fasciculatis: *pedunculo* tomentoso niveo brevissimo instructis, *squamis calycinis* patulis *vel* eretiusculis mollibus spinula brevi molli instructis: *intimis* scariosis muticis coloratis.

4) *C. cyanoides* foliis non decurrentibus margine reflexis subtus niveis: radicalibus et caulinis inferioribus profunde pinnatifidis, supremis lineari-lanceolatis simplicissimis, caule sub-2-floro, squamis calycinis mucronatis patentibus. *Kornblumenartige Weegd.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1655. *Pers.* syn. pl. l. c. *Spreng.* Hal. p. 229. t. 11. *Gmel.* Bad. III. p. 366.)

Acarna cyanoides Wib. Werth. p. 169. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 157.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in arenosis. (In Insula *Moeni* versus *dem Siechhausse* et in pinetis arenosis prope *Unterdürrbach* versus *dem Schenkenschlosse* raro. In arenosis circa *Gerbrunn, Grossenlangheim, Ochsenfurth, Dimpach* et *Sommerach* hinc inde frequens, alibique.)

Ra-

Radix longa, fibrosa, nigricans, valde repens. *Caulis* 1 - 2 - pedalis, erectus, obsolete angulosus, striatus, tomento laevi obsessus, 1 - 3 - florus. *Folia radicalia* numerosa, in orbem digesta, profunde pinnatifida: *laciniis* alternis integris lineari - lanceolatis subfalcatis, *caulina* pauca alterna pinnatifida: *laciniis* angustissimis, *suprema* et *ramea* lineari - lanceolata falcata simplicissima: *omnia* margine revoluta, *supra* viridia glabra, *subtus* tomento niveo obducta. *Flores* terminales, solitarii, erecti, mediocres, purpurei. *Calyx* hemisphaericus, tomentosus: *squamis* inermibus, lineari - lanceolatis imbricatis herbaceis flaccidis ad dimidium distantibus. *Receptaculum* paleis validis, rigidis, basi inter se connatis alveolatum. *Semina* tetragono - pyramidata. *Pappi radii* multiplici serie coronantes, inaequales, breves, paleacei, fragiles.

Variat *caule* 1 - 3 - floro, et *floribus* minoribus.

Planta tota *Moschum* spirat.

Huc quoque *C. mollis* et *C. polyclonos L.* pertinere videntur.

5) *C. marianus* foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifitis laevibus maculatis spinosis, calycibus glabris: spinis canaliculatis duplicato - spinosis. *Gefleckte Weegd. Mariendistel, Frauendistel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1659. *Ejusd.* Enum. p. 839. *Pers.* syn. pl. p. 386. *Hoffm.* Germ. p. 126. *De Vest* M. b. p. 183. *Knorr.* thes. I. t. M. 3. *Herb. Bl.* t. 79.)

Silybum marianum Gaertn. de fr. II. p. 376. t. 162. f. 2. *Wib.* Werth. p. 170. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. p. 160.

S. maculatum Moench. Meth. p. 555.

Cir-

Cirsium maculatum Scopol. Carn. II. p. 130.
Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad ripas, in aggeribus, in hortorum ejectamentis et in vineis passim non raro.

Caulis 3-6-pedalis et altior, erectus, teres, sulcatus, laeviter tomentosus, ramosus. *Folia* laete viridia, glabra, nitida, *maculis* et *venis* latis albis picta, margine spinis inaequalibus ciliata: *radicalia* praemagna sinuato-pinnatifida, *caulina* alterna minora amplexicaulia, patentia, *summa* basi cauli adpressa recurva. *Pedunculi* terminales, longi, nudi, 1-flori. *Flores* magni, speciosi, erecti, purpurei. *Calyx* ovatus, glaber, spinosissimus: *squamis* carinatis margine spinosis in spinam validam maxime pungentem terminatis. *Receptaculum* pilosum. *Semina* ovata, subangulata, nigricantia, nitida. *Pappus* sessilis, pilosus, rigidus.

Variat quandoque *foliis* immaculatis et *floribus* albis.

356. Cnicus, *Kratzdistel, Federdistel.*

1) *Cn. oleraceus* foliis amplexicaulibus laciniato-pinnatis serratis subspinosis, floribus aggregatis subracemosis bracteis subcoloratis ovatis obvallatis, squamis calycinis lanceolatis spinosis. *Kohlartige Kratzd. Krautdistel, gelbe Wiesendistel, Wiesenkohl, wilde Cardobenedicte.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1678. *Ejusd.* Enum. p. 841. *Hoffm.* Germ. II. p. 127. *De Vest* M. b. p. 186. *Schkuhr.* b. H. t. 229.)

Carduus oleraceus Pers. syn. pl. II. p. 389.

Cir-

Cirsium oleraceum Scopol. Carn. II. p. 124. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 352.
C. variabile Moench. Meth. p. 558.
Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis humidis frequens.

Caulis 3-6-pedalis et altior, erectus, crassus, striatus, glaber, simplex. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, glabra, venosa, pinnatifida, margine spinis mollibus ciliata. *Flores* terminales, magni, lutescentes, coacervati, *bracteis* ovato-lanceolatis concavis conniventibus pallide luteis *aut* albidis margine spinulosis basi foliaceis obvallati: *intermedius* pedunculatus, *laterales* 2 sessiles. *Calyx* cylindricus, imbricatus: *squamis* lanceolatis erectis glabris subtomentosis *spinula* terminatis. *Pappus* plumosus. *Receptaculum* pilosum.

Planta tota plerumque ex albido *aut* viridi pallide flavescit.

Variat: *foliis* majoribus undulatis et minoribus lanceolatis indivisis, nonnunquam etiam *flore* solitario.

2) *Cn. intermedius* foliis alternis petiolis dilatatis amplexicaulibus lato-lanceolatis utrinque glabris margine dense spinulosis pinnatifidis: laciniis 2-3-lobatis integris, supremis lineari-lanceolatis integris, floribus solitariis. *Mittlere Kratzd.*

Perenn. ?. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis nemorosis, praesertim turfosis. (In *sylvae irtenbergensis* parte occidentali solo humido, im *Steigerwald* versus *Schleichach*, im *bildsteiner Gehege* prope *Hilters*, et in turfosis umbrosis prope *Grossenlangheim* specimina pauca legi.)

Radix repens. *Caulis* sesqui-aut 2-pedalis, erectus,

tus, strictus, sulcatus, pilis hinc inde adspersus, coeterum glaber, simplex, 2-plerumque 3-florus. *Folia* lato-lanceolata, utrinque laete viridia ac glabra, nervo in medio valido percussa, *spinulis* albidis dense ciliata, profundius pinnatifida: *laciniis* oppositis obtusis 2-3-lobatis non dentatis, *radicalia* numerosa in orbem digesta majora, *caulina* alterna erecta, *suprema* minima lineari-lanceolata indivisa. *Petioli* continuatione folii dilatati, amplexicaules, margine spinulosi. *Flos* terminalis maximus, *laterales* multo minores ac serius florentes, utplurimum 2 alterni: *omnes* longius pedunculati invicem remoti erecti albi. *Calyx* cylindricus, basi rotundatus, glaberrimus: *squamis* numerosissimis lanceolatis acutis apicem versus saturate viridibus *inferne* albidis spinula tenuissima albida nitida terminatis arcte imbricatis. *Receptaculum* pilosum. *Semina* oblonga, compressa: *Pappus* praelongus, plumosus, sericeus, sessilis.

Planta adhuc valde obscura. Data hic descriptio a planta viva desumta est, et nulla alia authorum ei omnino convenit. Nec *Cnicum rigentem* (L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1675. *Schweigg.* et *Koert.* Fl. erl. p. 77.) nec *Cn. Lachenalii* (*Gmel.* Fl. bad. III. p. 380) revera aequat. Inter *Cnicum oleraceum* et *Cn. tataricum* medium tenere videtur, ideoque *intermediam* eam dixi. *Folia summa* florem quidem attingunt, sed flos hic nequaquam dici potest involucratus. *Caulis* exceptis pedunculis 2 lateralibus vere simplicissimus. Praeterea planta nostra humida umbrosa, praecipue turfosa incolit, et nunquam in pascuis macilentis *aut* in collibus reperitur.

3) *Cn. lanceolatus* foliis decurrentibus hispidis pinnatifidis: laciniis 2-lobis divaricatis spinosis, flori-

ribus subsolitariis ebracteatis, calycibus ovatis arachnoideo-pubescentibus: squamis lanceolatis spinosis patentibus. *Lanzettblaettrige Kratzd. Sperrdistel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1666. *Ejusd.* Enum. p. 840. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 185.)

Carduus lanceolatus Linn. sp. pl. II. p. 1149. n. 2. *Pers.* syn. pl. p. 387. *Smith.* Brit. II. p. 847.

Cirsium lanceolatum Scop. Carn. p. 130. *Moench.* Meth. p. 556. *Schrank.* bajer. Fl. p. 353.

Bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in ruderatis, ad sepes et vias ubique.

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, validus, ramosus, angulatus, spinosus, *superne* praecipue albide tomentosus, foliis decurrentibus alatus. *Folia* alterna, decurrentia, lanceolata, rigida, *superne* saturate viridia aspera, *subtus* albide tomentosula, pinnatifida: *laciniis* plerumque 2- etiam 3-lobis divaricatis margine et apice spinosis. *Flores* terminales, erecti, magni, subsolitarii, purpurei: *pedunculis* brevibus tomentosis alatis subinermibus. *Calyx* ovatus, imbricatus: *squamis* ovato-lanceolatis rigidis carinatis; *exterioribus* apice spinula terminatis *basi* villis albis intertextis, *intimis* setaceis inermibus aridis. *Receptaculum* villosum. *Pappus* longus, plumosus, deciduus.

Variat *floribus* albis.

4) *Cn. palustris* foliis decurrentibus nudis lanceolatis dentatis margine spinosis undulatis, floribus aggregatis ebracteatis, squamis calycinis ovato-lanceolatis mucronatis adpressis. *Sumpf-Kratzd. Sumpfdistel.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1662. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. bot. l. c.

Carduus palustris Linn. sp. pl. II. p. 1151. n. 6. *Pers.* syn. pl. p. 368. *Smith.* Brit. p. 850.

Cirsium palustre Scop. Carn. p. 128. *Moench.* Meth. l. c. *Schrank.* bajer. Flor. p. 354.

Perenn. bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis et pascuis udis, ad rivos et lacus fere ubique.

Caulis 4 - 6 - pedalis et altior, erectus, strictus, ramosus, villosus, multangulus, undique alatus et auriculis foliaceis spinosissimis obsessus. *Folia* alterna, lanceolata, acuta, decurrentia, sinuato - laciniata, *supra* obscure viridia, *subtus* glauca hirsuta, margine spinosa et crispato - undulata: *radicalia* petiolata, *suprema* angustiora saepe recurva. *Flores* terminales, fasciculati, purpurei, quam in antecedentibus multo minores, ebracteati: *pedunculis* brevissimis teretibus aculeolis paucis obsessis, fere inermibus. *Calyx* ovali - oblongus, ventricosus, parum lanatus: *squamis* arcte imbricatis laevibus spinula brevissima purpurea terminatis. *Receptaculum* villosum. *Pappus* sessilis, plumosus, deciduus.

Variat *caule* simplici et *floribus* albidis.

5) *Cn. eriophorus* foliis sessilibus pinnatifidis scabris: laciniis geminatis divaricatis spinosis, floribus aggregatis ebracteatis, calycibus globosis arachnoideo - villosis: squamis mucronatis reflexis. *Wollkoepfige Kratzd. grosskoepfige Distel, Wolldistel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1669. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 128. *De Vest* Man. bot. p. 188.)

Carduus eriophorus Linn. sp. pl. p. 1153. n. 16.

 Pers.

Pers. syn. pl. p. 387. *Smith.* Brit. 852. *Jacq.* Austr. t. 171.

Cirsium eriophorum Scopol. Carn. p. 130. *Moench.* Meth. p. 557. *Schrank.* bajer. Fl. p. 355.

Bienn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in sylvaticis et montosis. (Ad sylvam vulgo *die Altung* versus *Hirschfeld*, et in der *Fundgruben* inter *Kitzingen* et *Grossenlangheim.* In montosis prope *Ochsenfurth* versus *dem Kapuzinerholz* et *Zeubelrieth.* In montosis siccis *des Hassberges* prope *Grumm* et *Altershaussen.* Occurrit etiam circa *Boeddingen* teste *Ill. Wibel.*)

Caulis 3-5-pedalis, erectus, teres, sulcatus, pilis mollibus obtectus, inermis, ramosus: *ramis* alternis divisis patentibus. *Folia* alterna, sessilia, non decurrentia, pinnatifida, *supra* laete viridia villosa scabriuscula, *subtus* mollia albide tomentosa: *laciniis* profunde 2-fidis longis divaricatis sursum et deorsum directis basi et apice praecipue longe spinosis. *Flores* terminales, solitarii, subsessiles, erecti, magni, speciosi, purpurascentes, *foliis summis* involucrati. *Calyx* praemagnus, globosus, dense arachnoideo-lanatus: *squamis* lineari-subulatis erecto-patentibus mucronato-spinosis. *Receptaculum* villosum. *Pappus* sessilis, plumosus, deciduus.

Variat: *calycibus* minoribus minus lanatis.

Praeter loca indicata natalia in aliis adhuc regionibus provinciae nostrae habitare videtur, saltem secundum multa specimina inter plantas indigenas a *dil. patre meo* mihi relicta.

6) *Cn. acaulis* pedunculis 1-floris radicatis, calycibus glabris, foliis pinnatifidis plicato-undulatis spinosis. *Stengellose Kratzd. Zwergdistel.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1681. *Ejusd.* Enum. p. 842. *Hoffm.* Germ. p. 130. *De Vest* M. b. l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 24.)

Carduus acaulis Linn. sp. pl, p. 1156. n. 26. *Pers.* syn. pl. p. 389. *Smith.* Brit. p. 855.

Cirsium acaule Scop. Carn. p. 131. *Moench.* Meth. p. 558. *Schrank.* bajer. Fl. p. 354.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, collibus et ad vias ubique.

Caulis nullus. *Folia* supra radicem plurima in cespitem congesta, depressa, petiolata, glabra, regidiuscula, lanceolata, sinuato-laciniata, plicato-undulata, utrinque laete viridia, margine spinuloso-aculeata. *Pedunculus* radicatus, brevissimus, 1-2-3-uncialis, aphyllus, 1-florus. *Flos* solitarius, magnus, purpureus, in nido foliorum quasi sessilis. *Calyx* ovatus, glaber: *squamis* arcte imbricatis erectis mucronulato-pungentibus. *Receptaculum* pilosum. *Pappus* longus, plumosus, sessilis.

Variat: *pedunculo* palmari et altiori fere caulescente 2-3-floro, (*Cn. dubius Willd.* Prod. ber. t. 6. f. 11.) et *floribus* albis.

7) *Cn. arvensis* foliis subdecurrentibus pinnatifidis nudiusculis spinosis, caule paniculato, floribus fasciculatis, calycibus ovatis: squamis mucronatis subappressis. *Acker-Kratzd. Feld-Distel, Haferdistel.*

(*Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b. p. 189. *Wib.* Werth. p. 172. *Spreng.* Hal. p. 231. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 164. *Bernh.* Erf. p. 156.)

Car-

Carduus arvensis Pers. syn. pl. p. 388. *Smith.* Brit. p. 850.

Cirsium arvense Scop. Carn. p. 126. *Moench.* Meth. p. 557. *Schrank.* bajer. Fl. p. 353.

Serratula arvensis L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1646. *Ejusd.* Enum. p. 836. *Roth.* Germ. I. p. 348. III. p. 294.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, inter segetes et ad vias ubique.

Radix repens, profunde descendens, vix omnino exstirpanda. *Caulis* 2 - 3 - pedalis et altior, erectus, teres, ramosus, *basi* lanuginosus parum aculeatus, *superne* cum ramis angulatis inermis. *Folia* alterna, sessilia, subdecurrentia, lanceolata, rigida, glabriuscula, plicato - undulata, lobata, spinosa, *supra* laete viridia, *subtus* pallidiora: *juniora* subtus albido - tomentosa, *suprema* multo minora subintegra. *Flores* terminales, mediocres, pallide purpurei, odorati, fasciculati: *pedunculis* elongatis inermibus nudis. *Calyces* oblongi, basi subventricosi, colorati: *squamis* numerosis arcte imbricatis lanceolatis adpressis *spinula* brevi miti patenti terminatis. *Receptaculum* paleaceum, splendens. *Pappus* longus, sessilis, plumosus, deciduus.

Variat saepe *calycibus* cylindricis et *corollulis* minimis, *calycibus* ovato - oblongis et *corollulis* 3 - plo fere majoribus, nec non etiam *floribus* pallidioribus subcarneis, violaceis et albidis.

In Herbario plantarum indigenarum *a dil. patre meo def.* mihi relicto etiam *Cnicus canus* et *Cn. tuberosus* reperiuntur. Quum vero locus, quem inhabitent, ibidem haud determinatus sit, neque ipsemet illas plantas adhuc detexerim, eas a me idcirco praetereundas esse, existimavi.

357.

357. SERRATULA, *Scharte*, *Schartenkraut.*

1) *S. tinctoria* foliis argute serratis pinnatifidis integrisque, corymbo fastigiato. *Faerber-Sch. Faerbedistel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1638. *Ejusd.* Enum. p. 836. *Pers.* syn. pl. II. p. 390. *Hoffm.* Germ. II. p. 130. *Schkuhr* b. H. t. 234. *Sturm.* D. Fl. 1. 3.)

Carduus tinctorius Scop. Carn. II. p. 132. *De Vest* M. b. p. 184. *Bernh.* Erf. p. 155.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in nemorosis et dumetosis ubique fere.

Caulis 1-2-3-pedalis, erectus, strictus, angulatus, inermis, glaber, *superne* divisus. *Folia* alterna, tenuia, utrinque glabra, inermia, ovata s. ovato-lanceolata, acute serrata, lyrata s. pinnatifida: *lacinia terminali* maxima, *inferiora* petiolata, *superiora* sessilia minora plerumqne integra. *Flores* mediocres, terminales, corymbosi, fastigiati, purpurei. *Calyx* cylindricus, glaber: *squamis* arcte imbricatis membranaceis coloratis inermibus.

Variat: *foliis omnibus* integris et *omnibus* incisis, aut *inferioribus* integris et *superioribus* pinnatifidis, nonnunquam etiam *floribus* albis, et solo pinquiori *caule* ultra 4-pedali.

358. ONOPORDON, *Krebsdistel*, *Zellendistel.*

1) *On. Acanthium* foliis decurrentibus tomentoso-lanatis sinuato-dentatis spinosis. *Gemeine Krebsd. Krampfdistel, Eselsdistel, Zellblume.*

(L.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1686. *Ejusd.* Enum. p. 843. *Pers.* syn. pl. II. p. 383. *Hoffm.* Germ. II. p. 131. *De Vest* M. b. p. 190. *Schkuhr.* b. H. t. 230.)

Acanos spina Scop. Carn. II. p. 132.

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis et ad vias ubique.

Planta tota rigida, canescenti-virens, spinosissima, lana nivea facile abradenda vestita, *caule* et *ramis* undique ad calycem usque alatis. *Caulis* 2-3-4-pedalis, interdum altior, erectus, a basi jam ramosus, brachiatus. *Alae caulis* et *ramorum* rectae, latae, sinuatae, spinosae. *Folia* alterna, sessilia, ovato-oblonga, sinuato-dentata, spinosa: *inferiora* praesertim praemagna. *Flores* pedunculati, terminales, erecti, solitarii, magni, speciosi, purpurei. *Calyx* maximus, globosus, demum depressus: *squamis* plurimis dense imbricatis divaricato-patentibus subulatis spina simplici terminatis *basi* tomento albo intertextis. *Receptaculum* cellulis paleaceis subtetragonis reticulatum. *Pappus* deciduus, scaber.

Variat: *flore* albo.

359. Carlina, *Eberwurz, Rosswurz, Carlsdistel.*

1) *C. acaulis* caule 1-floro flore breviore. *Stiellose Eberw. englische Distel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1693. *Ejusd.* Enum. p. 844. *Pers.* syn. pl. II. p. 381. *Hoffm.* Germ. II. p. 131. *De Vest* Man. bot. p. 191. *Schkuhr.* b. H. t. 232. *Herb. Blackw.* t. 532.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab.

Hab. in apricis, montosis, in juniperitis et pinetis siccis. (In apricis pinetis prope *Arnshaussen, Nüdlingen* et *Ebenhaussen.* In monte *st. crucis* versus *Bischofsheim*, praesertim supra *semitam*, quam *Kniebrech* adpellant et in multis aliis regionibus dictae indolis *Rhoenae* frequens. In asperis lapidosis prope *Neustadt a. S.* versus *Wechterswinkel* et alibi rarius.)

Radix longa, cylindrica, pollicari crassitie, profunde descendens, *extus* nigra rugosa, *superne* ramosa. *Caulis* 1-florus, brevissimus, uncialis, diametro floris multo brevior. *Folia* multa, e radicis summitate statim exeuntia, vix petiolata, in orbem disposita, lanceolata, glabra, pinnatifida: *laciniis* plicatis lobatis sinuato-dentatis; *dentibus* spinescentibus. *Flos* involucratus, in medio foliorum haerens eique quasi impressus, magnus, speciosissimus, albus, in sole pulcherrime nitens atque expansus. *Involucri foliola* pinnatifida, tomentosa, viridia, spinis divisis obsessa. *Phylla* involucro duplo *aut* 3-plo longiora, lineari-lanceolata, arida, alba, nitida, radium mentientia.

Flores perennantes siccati etiam pulchritudinem non ammittunt.

In planta viva *florum radius* die et coelo sereno expansus, nocte vero et tempore pluvioso clausus est.

2) *C. caulescens* caule 1-floro florem multoties superante, involucris fuscis. *Gestielte Eberw.*

(*Pers.* syn. pl. l. c. *C. Bauh.* Pin. p. 380. *Joh. Bauh.* Hist. III. p. 64 et fig. *Volckam.* Fl. norib. p. 87. *Alb. Hall.* Fl. jen. p. 212. *Lamarck.* Encycl. meth. Bot. I. p. 616. *Weinm.* Phytanth. Icon. II. p. 54. t. 310. f. a. c. *Knorr.* thes. II. p. 31. t. C. 1.)

C. grandiflora Moench, Meth. p. 559.

Perenn.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. cum priori, sed rarius.

A praecedente: *caule* imprimis diametro floris multo longiore (palmari, spithamaeo et altiore) erecto s. decumbente folioso glabro plerumque rubicundo, *foliis* longioribus amplioribus: *radicalibus* evidenter petiolatis, *caulinis* alternis utrinque viridibus, *involucris* s. *phyllis exterioribus* semper fuscis et *flore* plerumque ampliori constanter differt.

Haec et antecedens *a b. patre meo* in horto nostro botanico cultae faciem non mutaverunt. Idem et ego in planta spontanea, et *dil. meus frater A. H.* in specie acauli *in horto botan. celeberrimo hafniensi* culta per plures annos observavimus.

Apud plurimos authores *Varietas* praecedentis.

3) *C. vulgaris* caule multifloro corymboso. *Gemeine Eberw. Sod - Distel, Dreidistel, Sand - Carline.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1696. *Ejusd.* Enum. p. 844. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 132. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 232.)

Bienn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. ubique in asperis montosis.

Caulis palmaris, 1 - 2 - pedalis, erectus, rigens, teres, sulcatus, lanatus, *superne* corymboso - ramosus: *ramis* oppositis alternisque; *centrali* exterioribus breviori. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, incano - tomentosa, saepius nudiuscula, sinuato - dentata: *dentibus* spinosis, *superiora* sensim minora denticulata. *Flores* terminales, corymbosi, quam in antecedentibus sexies minores. *Involucri foliola* spinosissima, fusca. *Phylla* involucro duplo longiora, linearia, scariosa, luteo-

luteo-albida, radiantia. *Corollulae* apice atro-purpureae.

Planta etiam *emortua* per hyemem plerumque persistit. *Caulis* a digitali ad 3-pedalem altitudinem saepius ascendit.

Variationem *acaulem* observavit plantarum acutissimus Indagator *Wibelius*. (*Flor. werth. p.* 168.)

Specimen: *caule* et *foliis* glabriusculis: *immis* semipinnatis, *superioribus* ovato-lanceolatis et *radio* flavescente *Carlinae corymbosae Scop.* Carn. II. p. 133. quodammodo quadrans in lapidosis prope *Tückelhaussen* legi.

Hujus plantae *calyx exsiccatus* Hygometrio inservire potest; coelo enim sereno sese aperit situ horizontali, imo reflectitur, tempestate humida econtrario contrahitur. (*Pers. l. c.*)

360. CARTHAMUS, *Saflor.*

1) *C. tinctorius* foliis ovatis integris spinoso-dentatis. *Faerbender Safl. wilder Safran, Bürstenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1706. *Ejusd.* Enum. p. 845. *Pers.* syn. pl. II. p. 380. *Weinm.* Phytanth. Icon. II. p. 57. t. 320.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in Aegypto et in India. (Colitur hinc inde in agris e. gr. prope *Thüngersheim* et alibi.)

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, strictus, teres, nitidus, glaberrimus, albidus, ramosus. *Folia* alterna, sessilia, ovata, acuta, margine spinoso-dentata, rigida, saturate viridia, nitida, glabra, *Flores* terminales, pedunculati, corymbosi. *Calyces* magni, ovato-

to-globosi: *foliolis* imbricatis glabris spinula terminatis. *Corollulae* calycem superantes, laxae, croceae. *Pappus* nullus.

Semina drastricas vires exercent.

361. Bidens, *Zweizahn*, *Kunigundenkraut*.

1) *B. tripartita* foliis 3-partitis lanceolatis dentatis, floribus discoideis erectis, caule ramoso. *Dreitheiliger Zweiz. Wasserdosten, Wassersternkraut, Pfauenspiegel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1715 *Ejusd.* Enum. p. 846. *Pers.* syn. pl. II. p. 393. *Hoffm.* Germ. II. p. 132. *De Vest* M. b. p. 192. *Herb. Bl.* t. 519.)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in paludosis et ad ripas ubique.

Radix subfusiformis. *Caulis* 1-2-3-pedalis et altior, erectus, obtuse 4-angulus, sulcatus, glabriusculus, *inferne* plerumque rubellus, ramosus: *ramis* oppositis. *Folia* opposita, petiolata, glabra, 3-partita; *laciniis* lanceolatis serratis: *intermedia* maxima saepe pinnatifida; *suprema* lanceolata simplicia. *Petioli* dilatati, foliosi, ciliati. *Pedunculi* terminales et alares, glabri, rubelli, 1-flori. *Flores* erectiusculi, lutei, *foliolis pluribus* lanceolatis longioribus obvallati. *Semina* compressa, angulata: *setis* 2-4 rigidis rectis retrorsum aculeatis coronata.

Variat *caule* multo humiliori vix pedali, et *floribus* radiatis.

2) *B. cernua* foliis lanceolatis serratis, floribus subradiatis nutantibus, caule ramoso. *Ueberhaengender Zweiz. Wasserwundkraut, Wasserkaeppchen.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1716. *Ejusd.* Enum. p. 847. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 235.)

Coreopsis Bidens Linn. sp. pl. p. 1281. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 305. *Leers* Herb. p. 189. *Sturm.* D. Fl. I. 1.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in inundatis, ad fossas, ripas et lacus.

Radix ramosa, fibrosa. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, superne striato-sulcatus, pilosus, persaepe rubellus et rubro punctatus, ramosus *aut* simpliciusculus. *Folia* opposita, connato-sessilia, patentia, simplicia, lanceolata, serrata, glabra. *Flores* terminales et laterales, pedunculati, majusculi, lutei, nutantes, *foliolis longioribus* involucrati, semper radiati. *Semina* angulata, basi attenuata, *aristis* plerumque 3-4, raro 2 retrorsum aculeatis praedita.

3) *B. minima* foliis simplicibus lanceolatis subintegerrimis, radice repente, caule simplicissimo, flore solitario erecto, seminibus 3-quetris 2-aristatis. *Kleinster Zweiz.*

(*Linn.* sp. pl. p. 1165. n. 2. *Moench.* Meth. p. 570. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 288. *Roth.* Germ. I. p. 350. III. p. 301. *De Vest* M. bot. l. c. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 358. *Rebent.* Neomarch. p. 103.)

B. cern. β. Willd. Pers. et plurimorum authorum.

Ann. Flor. August. Septembri.

Hab. in paludosis, ad ripas. (Ad fossas et in paludosis *am Altwasser* et *am Wehr* prope *Abb. Heidenfeld,* in *der Altung* versus *Hirschfeld,* circa *Gros-*

sen-

senlangheim, ad *Moeni* ripas infra *Retzbach*, *Karlstadt*, prope *Hassfurth* et alibi.)

Radix fibrosa, repens. *Caulis* 1-2-uncialis, erectus, simplicissimus. *Folia* pauca, remota, opposita, sessilia, brevia, lanceolata, obtusa, basi attenuata, plerumque integerrima, rarius in medio dente uno alterove praedita. *Flos* unicus, terminalis, exiguus. *Bracteae* 2, rarius 3 foliorum figura. *Semina* longa, 3-quetra: *aristis* constanter 2 longissimis instructa.

Plantam ultra 6 annos in loco natali constantissimam observavi.

362. EUPATORIUM, *Wasserdost*, *Alpkraut*.

1) *E. cannabinum* foliis digitatis serratis. *Hanfaehnlicher Wasserd. Wasserhanf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1756. *Ejusd.* Enum. p. 852. *Pers.* syn. pl. II. p. 400. *Hoffm.* Germ. II. p. 133. *De Vest* M. b. p. 180. *Herb. Bl.* t. 110.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis sylvaticis, ad ripas, fossas et rivos ubique.

Caulis 3-4-interdum 6-pedalis, erectus, villosus, ramosus, purpurascens, quadrangulus, *superne* teres. *Folia* opposita, petiolata, subvillosa; *inferiora* plerumque 5-*superiora* 3-nata: *foliolis* ovato-lanceolatis serratis, *terminali* majori. *Flores* pedunculati, terminales, numerosissimi, dense corymbosi, purpurei *aut* dilute carnei. *Calyces* 5-flori. *Pappus* plumosus.

Variat *floribus* albidis et *foliis summis* simplicibus.

363.

363. CHRYSOCOMA, *Goldhaar, Goldschopf.*

1) *Chr. Linosyris* foliis linearibus glabris, calycibus laxis. *Leinblaettriges Goldh. Golden-Leinkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1791. *Ejusd.* Enum. p. 856. *Pers.* syn. pl. II. p. 405. *Hoffm.* Germ. II. p. 134. *De Vest* M. b. p. 181. *Schkuhr.* b. H. t. 238.)

Aster Linosyris Bernh. Erf. p. 151.

Perenn. Flor. Augusto - Ootobri.

Hab. in montosis sterilibus. (In *monte dürrbacensi*, praecipue versus *dem Schenkenschlosse* et *Veitshoechheim.* In montibus *Kalbenstein* et *Kalmut* copiose, alibique.)

Caules plures, palmares, pedales, interdum altiores, erecti, teretes, scabriusculi, simplices, virgati, maxime foliosi. *Folia* sparsa, conferta, sessilia, lineari-lanceolata, angusta, integerrima, rigidula, glabra, laete viridia. *Flores* terminales, corymbosi, aurei. *Pedunculi* erecti, sub calyce intumescentes, maxime foliosi: *foliolis* linearibus brevibus subimbricatis. *Calyx* oblongo-cylindricus: *squamis* lineari-setaceis patulis laxe imbricatis. *Pappus* subplumosus.

Variat *caule* digitali et 2-pedali, *corymbo* pauci- et multifloro.

Superflua.

364. TANACETUM, *Rheinfarrn, Wurmkraut.*

1) *T. vulgare* foliis bipinnatis incisis serratis. *Gemeiner Rheinf. Weinfarrn.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1814. *Ejusd.* Enum. p. 859. *Pers.* syn. pl. II. p. 409. *Hoffm.* Germ. II. p. 134. *De Vest* M. b. p. 196. *Sturm.* D. Fl. I. 10. *Knorr.* thes. II. t. T. 2. *Herb. Bl* t. 464.)

Chrysanthemum vulgare Bernh. Erf. p. 144.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in salicetis, ad fluvios et rivos ubique.

Caulis 3 - pedalis et altior, erectus, durus, teres, striatus, glaber, *superne* ramosus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, glabra, viridia, punctulata, interrupte et decursive pinnata: *pinnis* oblongis pinnatifidis argute serratis. *Flores* terminales, numerosi, planiusculi, aurei, corymbosi, fastigiati. *Calyx* glaber, hemisphaericus : *foliolis* obtusis arcte imbricatis margine scariosis nigris. *Flosculi* numerosissimi, 4 - et 5 - fidi. *Semina* parva, angulata, absque pappo.

Herba amara, aromatica, graveolens.

365. Artemisia, *Beifuss.*

1) *A. Abrotanum* foliis ramosissimis setaceis, caule erecto fruticoso, receptaculo nudo. *Wohlriechender Beif. Staabwurz, Zitronenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1818. *Ejusd.* Enum. p. 859. *Pers.* syn. pl. II. p. 409. *De Vest* Man. b. p. 193. *Herb. Bl.* t. 555.)

Suffrutex. Flor. Augusto - Octobri.

Hab. in Europa *calidiori.* (In hortis nostris et vineis frequens.)

Caules 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, ramosi, dense foliosi, *inferne* lignosi teretes, *superne* herbacei striato - an-

angulati. *Folia* sparsa, conferta, petiolata, duplicato-pinnatifida: *laciniis* angustis linearibus longis integris utrinque punctulatis subvillosis. *Racemi* axillares, multiflori. *Flores* parvi, pedunculati, subrotundi, nutantes, lutescentes. *Calyces* pubescentes. *Styli* 3-fidi.

Herba fragrans, grate aromatica, amara.

2) *A. campestris* foliis lineari-multifidis utrinque glabris, caule procumbente ramoso virgato, receptaculo nudo. *Feld-Beif.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1827. *Ejusd.* Enum. p. 860. *Pers.* syn. pl. p. 410. *Hoffm.* Germ. II. p. 135. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 240.)

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in arenosis, ad muros et vias ubique.

Caules e radice lignosa plures, 1-2-3-pedales, procumbentes, *demum* erectiusculi, teretes, glabri, lignosi, duri, ramosi, purpurascentes, rarius toti virides. *Folia* pinnato-multifida: *pinnulis* angustis linearibus 3-5-partitis utrinque glabris viridibus, *junioribus* sericeis: *radicalia* in orbem digesta depressa longius petiolata, *caulina* alterna ac minus composita. *Racemi* terminales et axillares, secundi, foliis longiores. *Flores* copiosi, parvi, pedunculati, subnutantes, rubescentes. *Calyx* imbricatus, glaber: *foliolis* carinatis margine scariosis. *Stigma* stellatum.

Herba omnino inodora.

3) *A. Absynthium* foliis multipartitis argenteo-tomentosis: laciniis lanceolatis obtusiusculis, caulibus erectis subtomentosis, receptaculo villoso. *Bitterer Beif. Wehrmuth, Wurmtodt.*

 (L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1844. *Ejusd.* Enum. p. 863. *Pers.* syn. pl. p. 413. *Hoffm.* Germ. p 136. *De Vest* M. b. p. 194. *Knorr.* thes. II. t. A. 17. *Herb. Bl.* t. 17.)

Absynthium vulgare Moench. Meth. p. 579. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 361. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. 196. *Bernh.* Erf. p. 143.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in ruderatis, ad vias et muros passim. Copiose praeterea in hortis et vineis.

Caules 2 - 3 - 4 - pedales, erecti, striati, ramosi, sulcati, villosi, albidi, *inferne* sublignosi. *Folia* alterna, petiolata, utrinque et subtus praecipue argenteo - tomentosa, punctulata, bipinnatifida, *pinnis* cuneiformibus pinnatifidis: *laciniis* linearibus obtusiusculis; *superiora* sessilia, trilobata, *suprema* lineari - lanceolata integra. *Flores* pedunculati, lutei, subglobosi, nutantes, racemosi. *Racemi* compositi, foliosi, secundi, terminales et laterales. *Calyces* tomentosi, hemisphaerici.

Herba amarissima, aromatica.

Variationem elegantissimam: *caule* multo altiori minus ramoso densius albo - tomentoso, *foliis* holosericeis nitidissimis : *laciniis* elongatis acutiusculis inter ruinas arcis *Karlsburg* inveni.

4) *A. vulgaris* foliis pinnatifidis: pinnis planis lanceolatis subtus tomentosis, caule erecto glabro, receptaculo nudo. *Gemeiner Beifs. Johannisgürtel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1845. *Ejusd.* Enum. p. 864. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 195. *Herb. Bl.* t. 431.)

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab.

Hab. in ruderatis, ad vias et muros ubique.

Caules 3-6-pedales, erecti, glabri, sulcati, *inferne* saepius purpurascentes, ramosi: *ramis* alternis simplicibus virgatis striatis pubescentibus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, *supra* lineata glabra obscure viridia, *subtus* niveo-tomentosa, pinnatifida: *laciniis* lineari-lanceolatis divisis denticulatis. *Racemi* foliosi, simplices, recurvati. *Flores* erecti, flavi. *Calyces* ovati, albido-tomentosi.

Variat *caule* subtomentoso.

Herba odorata, quam in antecedente, multo minus amara.

5) *A. Dracunculus* foliis lanceolatis integerrimis cauleque erecto glabris, receptaculo nudo viscoso. *Dragun-Beiſ. Dragant, Estragon, Kaisersalat, Essigkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1848. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Herb. Bl.* t. 116.)

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in Europa australi. (In hortis nostris, passim etiam in vineis abunde colitur.)

Caules plures, 2-4-pedales, erecti, glaberrimi, ex albido virides, ramosi. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, utrinque attenuata, glabra, integerrima, nitida: *suprema* et *ramea* breviora angustiora. *Racemi* terminales: *floribus* pedunculatis parvis geminis nutantibus cauli adpressis fusco-ferrugineis. *Calyx* ovatus, viridis, glaber: *squamis* interioribus margine membranaceis.

Herba fragrans, grate aromatica.

366. GNAPHALIUM, *Ruhrkraut, Rainblume.*

1) *Gn. arenarium* foliis lanceolatis albo-tomentosis: inferioribus obtusis, corymbo terminali composito, caule simplici. *Sand-Ruhrkr. gelbe Rainblume, Immerschoen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1867. *Ejusd.* Enum. p. 865. *Pers.* syn. pl. II. p. 418. *Hoffm.* Germ. II. p. 137. *De Vest* Man. b. p. 197. *Herb. Bl.* t. 524.)

Elichrysum arenarium Moench. Meth. p. 575.

Perenn. Flor. Julio-Octobri.

Hab. in arenosis ubique.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, teres, albo-tomentosus, simplex, *superne* divisus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, integerrima, utrinque tomento molli albido vestita: *inferiora* spathulata, *superiora* lanceolata magis minusve acuta et obtusiuscula. *Flores* speciosissimi, aurei *aut* aurantiaci, corymbosi. *Corymbi* terminales, multiflori, densi, subglobosi: *pedunculis* maxime albo-tomentosis *superne* ramosis. *Calyx* ovatus, imbricatus: *spuamis* obtusis scariosis aureis nitidissimis persistentibus.

Variat: *flosculis omnibus* hermaphroditis et *caulibus* in medio ramosissimis.

2) *Gn. luteo-album* foliis lineari-lanceolatis repandis utrinque albo-tomentosis: inferioribus obtusis, floribus glomeratis, caule erecto basi ramoso. *Blassgelbes Ruhrkr.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 1871. *Pers.* syn. pl. p. 420. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Eli-

Elichrysum conglomeratum Moench. Meth. p. 576.

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in arenosis pinetis, et in sylvaticis humidis passim.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, undique albo-tomentosus, mollis, *superne* divisus, *basi* ramosus: *ramis* decumbentibus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, albo-tomentosa mollia, undulata, repanda, linearia, acuta: *inferiora* spathulata obtusa. *Flores* terminales, globoso-fasciculati, parvi, sordide lutei. *Calyx* subrotundus: *squamis* scariosis glabris splendentibus argenteis *aut* pallide citrinis.

3) *Gn. dioicum* foliis radicalibus spathulatis: caulinis lineari-lanceolatis, caule simplicissimo basi sarmentis procumbentibus, corymbo simplici, floribus dioicis. *Zweihäusiges Ruhrkr. Engelsblümlein, Katzenpfoetchen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1882. *Ejusd.* Enum. p. 867. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c..)

Antennaria dioica Moench. Meth. p. 577. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 193.

Perenn. Flor. Majo-Augusto.

Hab. in ericetis, in versuris et montanis sterilibus copiose.

Radix valde repens: *sarmentis* procumbentibus radicantibus foliosis tomentosis. *Caulis* digitalis *aut* palmaris, erectus, teres, dense albo-tomentosus, simplicissimus. *Folia* integra, *subtus* albo-tomentosa: *radicalia* numerosa in orbem digesta spathulata in petiolum desinentia, *caulina* pauca alterna sessilia linearia.

aria. *Flores* terminales, fasciculato-corymbosi, speciosi, dioici. *Squamae calycinae* imbricatae: *exteriores* breviores, *interiores* longiores nitidae, in *masculis* plerumque albae, in *foemineis* amoene rubentes *aut* roseae.

Variat *caule* pedali et *floribus* variegatis.

4) *Gn. rectum* foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis, floribus axillaribus et terminalibus spicatis subsessilibus polygamis, caule erecto simplicissimo. *Gerades Ruhrkr. Wald-Rainblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1885. *Ejusd.* Enum. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 138. *Smith.* Brit. II. p. 870. *Spreng.* Hal. p. 234. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 191. *Bernh.* Erf. p. 151.)

Gn. sylvaticum Linn. sp. pl. II. p. 1200. n. 39. *Pers.* syn. pl. p. 421. *De Vest* M. b. l. c. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 368. *Scopol.* Carn. II. p. 151. t. 56. *Roth.* Germ. I. p. 354. III. p. 312. *Schkuhr.* b. Handb. t. 243.

Elichrysum strictum Moench. Meth. p. 576.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in sylvis ubique.

Caulis 1-2-pedalis, erectus, strictus, teres, tomentosus, simplicissimus. *Folia* alterna, sessilia, angusta, erecta, integerrima, *supra* viridia denudata, *subtus* albo-sericea nitentia: *inferiora* lineari-lanceolata, *superiora* linearia paulo angustiora. *Flores* brevissime pedunculati: *inferiores* saepissime solitarii, *superiores* sensim aggregati in spiculas axillares. *Squamae calycinae* imbricatae, ovatae, lutescentes *aut* fuscae: *exteriores* breviores ac tomentosae, *interiores* longiores glabrae.

Va-

Variat *caule* a basi jam ad apicem usque florifero et *floribus* modo terminalibus dense spicatis.

5) *Gn. uliginosum* foliis lineari-lanceolatis sublanatis basi attenuatis, floribus terminalibus congestis polygamis, caule ramoso diffuso tomentoso. *Morast-Ruhrkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1891. *Ejusd.* Enum. p. 868. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 198.)

Gn. tomentosum Hoffm. Germ. ed. 1791. p. 292. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 192.

Elichrysum uliginosum Moench. Meth. l. c.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in inundatis, in uliginosis praecipue nemorosis ubique.

Caulis digitalis *aut* palmaris, erectus, teres, tomentoso-niveus, a basi ramosus: *ramis* diffusis. *Folia* alterna, sessilia, lineari-lanceolata, *basi* attenuata, obtusiuscula, integerrima, utrinque plus minusve lanata. *Flores* in caule et ramis terminales, sessiles, fasciculati, griseo-fusci, tomento denso inter se connexi. *Flosculi hermaphroditici* in disco pauci, *foeminei* plurimi in radio: *omnes* fertiles. *Squamae calycinae* lanceolatae, acutae, fusco-virides, plerumque glabrae, rarius parum tomentosae.

Variat *caulibus* altioribus et minoribus, mox omnino decumbentibus, mox adscendentibus, *foliis* utrinque lanatis s. nudis et *floribus* tomento inter se non connexis. (*Gn. nudum Hoffm.* Germ. - 91. l. c.)

6) *Gn. montanum* foliis lineari-lanceolatis acutis appressis albo-tomentosis, floribus conicis confertis

tis

tis axillaribus et terminalibus, caule erecto subdichotomo. *Berg-Ruhrkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1896. *Hoffm.* Germ. p. 139. *Spreng.* Hal. p. 235. *Rebent.* Neom. p. 107. *Gmel.* Bad. III. p. 418. *Bernh.* Erf. p. 152.)

Filago montana Linn. sp. pl. II. p. 1311. n. 4. *Pers.* syn. pl. II. p. 422. *De Vest* Man. bot. p. 226. *Roth.* Germ. I. p. 373. III. p. 372. *Wib.* Werth. p. 167. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 370. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 194.

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in collibus arenosis, in montosis sterilibus, inque campis aridis.

Caulis digitalis, palmaris et major, erectus, tenuis, strictus, incano-tomentosus, *superne* ramoso-dichotomus: *ramis* elongatis. *Folia* alterna, sessilia, subdecurrentia, cauli appressa, lineari-lanceolata, acuta, integerrima: *suprema* breviora magis-*inferiora* minus incano-tomentosa. *Flores* in dichotomia et apice caulis axillares, brevissime pedunculati, 2-5 conglomerati, aureo-splendentes. *Calyces* 5-goni: *squamis* concavis carinatis membranaceis.

Variat *caulibus* 2-3-uncialibus et *caulis dichotomis* 1-floris.

7) *Gn. arvense* foliis lineari-lanceolatis lanuginosis, floribus conicis congestis subspicatis lateralibus et terminalibus tomentosis, caule paniculato. *Acker-Ruhrkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1897. *Hoffm.* Germ. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *Rebent.* Neom. l. c. *Gmel.* Bad. p. 417. *Bernh.* Erf. l. c. *Scop.* Carn. II. p. 153.)

Filago arvensis Linn. sp. pl. p. 1312. n. 6. *Pers.*

Pers. syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 374. III. p. 373. *Wib.* Werth. p. 166. *Schrank.* bajer. Fl. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 195.

F. paniculata Moench. Meth. p. 577.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris et campis sterilibus ubique.

Caulis palmaris et altior, erectus, teres, ramosissimus, valde tomentosus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, lineari-lanceolata, acutiuscula, integra, utrinque albo-tomentosa. *Flores* in caule et ramis terminales, subsessiles, conici, conglomerati, tomento albo denso connexi. *Squamae calycinae* lineares: *exteriores* 4-5 lanatae, *interiores* maxime lanatae margine membranaceae. *Flosculi* pallide lutei.

8) *Gn. germanicum* foliis lanceolatis undulatis obtusiusculis patentibus subtomentosis, floribus rotundatis hirsutis globoso-capitatis axillaribus et terminalibus, caule erecto dichotomo. *Deutsches Ruhrkr. Filzkraut, Fadenkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1894. *Ejusd.* Enum. p. 868. *Hoffm.* Germ. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *Rebent.* Neom. p. 106. *Gmel.* Bad. p. 415. *Bernh.* Erf. p. 151. *Scop.* Carn. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 874.)

Filago germanica Linn. sp. pl. p. 1311. n. 2. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 373. III. p. 369. *Wib.* Werth. p. 167. *Schrank.* bajer. Fl. p. 369. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 193. *Sturm.* D. Fl. I. 12.

F. *rotundata Moench.* Meth. l. c.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab.

Hab. in sterilibus et agris arenosis ubique.

Caules 3 - 4, interdum plures, palmares, pedales et altiores, erecti, teretes, albo - tomentosi, ramosi: *ramis* alternis elongatis foliosis lanuginosis dichotomis. *Folia* sparsa, sessilia, lineari - lanceolata, acutiuscula, integra, erecta, margine saepe undulata, utrinque albo - tomentosa mollia. *Flores* rotundati, sessiles, straminei, conglomerati. *Capitula* lateralia et terminalia globosa, multiflora, tomentosa, *Squamae calycinae* lanceolatae, carinatae, scariosae, arista brevi purpurea *aut* fusca terminatae. *Flosculi* lutescentes, nitidi.

Variat *caulibus* multo minoribus basi incurvis, *foliis* angustioribus supra subnudis et *capitulis* minoribus paucifloris.

367. CONYZA, *Dürrwurz*, *Donnerwurz.*

1) *C. squarrosa* squamis calycinis foliaceis squarrosis. *Sparrige Dürrw. Floehkraut, Mückenkraut, Hundsauge, gelbe Münze.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1918. *Ejusd.* Enum. p. 871. *Pers.* syn. pl. II. p. 426. *Hoffm.* Germ. II. p. 140. *De Vest* M. b. p. 196. *Herb. Bl.* t. 102.)

Inula squarrosa Bernh. Erf. p. 148.

Bienn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in asperis montosis juxta vineas, inque sylvaticis montosis ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, angulosus, villosus, *apice* corymbosus multiflorus. *Folia* alterna, ovato-lanceolata, subdenticulata, utrinque villosa, subrugosa: *inferiora* petiolata majora crenato - serrata, *suprema* ac *ramea* sessilia lanceolata angustiora. *Flores* termi-

minales, numerosi, flavi. *Calyx* ovali-cylindricus, imbricatus: *squamis exterioribus* apice recurvato-patentibus foliaceis, *interioribus* rectis ciliatis.

Herba amara, odorata.

368. Erigeron, *Berufkraut*, *Beschreikraut*, *Altmannskraut*.

1) E. *canadense* caule paniculato hirto, foliis lanceolatis pilosis: inferioribus inciso-dentatis, superioribus integerrimis. *Kanadisches Berufkr. weisse Dürrwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1954. *Ejusd.* Enum. p. 872. *Pers.* syn. pl. II. p. 430. *Hoffm.* Germ. II. p. 140. *Ejusd.* Germ. ed. 1791. t. 12. *De Vest* M. b. p. 210.)

E. paniculatum Moench. Meth. p. 598.

Inula canadensis Bernh. Erf. p. 150.

Ann. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in incultis, in arvis, in ruderatis, ad muros et vias ubique.

Caulis 1-2-3-pedalis, erectus, sulcatus, hirtus, virgatus, paniculato-ramosus. *Folia* sparsa, patentia, pilosa: *inferiora* ovato-lanceolata inciso-dentata in petiolum brevem desinentia, *superiora* et *ramea* perfecte sessilia lineari-lanceolata integerrima. *Flores* terminales, parvi, congesti, racemoso-paniculati: *pedunculis* alternis multifloris. *Calyx* cylindricus: *squamis* imbricatis angustissimis acutis glabriusculis patentibus. *Flosculi radii* tenuissimi, erecti, calyce vix longiores, albidi, *disci* luteoli.

Variat *caulibus* vix palmaribus simpliciusculis paucifloris et *foliis* multo angustioribus.

2)

2) *E. acre* caule racemoso piloso, foliis lanceolatis scabris: omnibus integerrimis. *Scharfes Berufkr. blaue Dürrwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1959. *Ejusd.* Enum. p. 873. *Pers.* syn. pl. p. 431. *Hoffm.* Germ. l. c. *Ejusd.* Germ. ed. - 91. t. 11. *De Vest* M. b. p. 214. *Schkuhr.* b. H. t. 241.)

Inula acris Bernh. Erf. p. 149.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis, in agris arenosis, in ruderatis et ad muros ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, pilosus, strictus, teres, striatus, racemoso-multiflorus, *inferne* praecipue saepissime purpurascens. *Folia* sparsa, hirsuta, integerrima: *radicalia* petiolata obovata obtusa, *caulina* sessilia angustiora lanceolata reflexa, *summa* et *ramea* linearia erecta. *Racemus* terminalis, simplex, laxus: *pedunculis* alternis 1-2-floris. *Calyx* hirsutus: *squamis* imbricatis erectis subulatis laxis purpureis. *Flosculi radii* tenuissimi erecti purpurascentes, *disci* lutescentes demum grisei. *Pappus* rufus.

Herba acriuscula.

Variat *caulibus* digitalibus paucifloris.

369. Tussilago, *Huflattig, Rosshuf.*

1) *T. Farfara* scapo 1-floro. *Gemeiner Hufl. Brustlattich, Hustenkraut, Maerzenblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1967. *Ejusd.* Enum. p. 873. *Pers.* syn. pl. II. p. 455. *Hoffm.* Germ. II. p. 141. *De Vest* M. b. p. 201. *Sturm.* D. Flor. I. 2. *Knorr.* thes. I. t. H. 10. *Herb. Bl.* t. 204.)

Ci-

Cineraria Farfara Bernh. Erf. p. 146.
Perenn. Flor. Martio-Majo ante folia enata.

Hab. in glareosis ad vias, ad ripas et in agris ubique.

Radix praelonga, albida, longe lateque repens. *Folia omnia* radicalia, anthesi peracta orientia, longe petiolata, erecta, cordato-subrotunda, angulosa, dentata, *supra* glabra laevia viridia, *subtus* venosa albo-tomentosa. *Scapi* plerumque plures, digitales et palmares, interdum altiores, erecti, teretes, striati, simplicissimi, 1-flori, tomentosi, *bracteis* sparsis lanceolatis glabris adpressis vestiti. *Flos* terminalis, radiatus, aureus, ante et post florescentiam nutans. *Calyx* cylindraceus: *squamis* linearibus planis glabris disco aequantibus, *alternis* angustioribus.

2) *T. Petasites* scapo multifloro, thyrso ovato: flosculis foemineis paucis. *Grossblaettriger Hufl. Pestilenzwurz, Kraftkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1971. *Ejusd.* Enum. p. 874. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 142. *De Vest* Man. bot. p. 203. *Sturm.* D. Fl. I. 7. *Knorr.* thes. II. t. T. *Herb. Bl.* t. 222. *Smith.* Brit. II. p. 880. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 381. *Roth.* Germ. I. p. 366. III. p. 348.)

Petasites officinalis Moench. Meth. p. 568. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 183. *Walth.* Fl. v. Giess. p. 624.

Cineraria Petasites Bernh. Erf. l. c.

Perenn. Flor. Martio-Majo.

Hab. in pratis humidis, ad ripas, ad sepes.

Radix crassa, carnosa, albida, *fibris* praelongis aucta,

ta. *Scapus* spithamaeus et altior, erectus, teres, parum villosus, albidus *aut* e viridi rubellus, *bracteis* sparsis lanceolatis apice foliosis obtectus. *Folia* cum scapo adparentia, longe petiolata, ampla, cordato-subrotunda, sinuato-dentata: *dentibus* subcartilagineis fusco rubellis, *subtus* lanata, post florescentiam maxima. *Flores* purpurascentes, in *thyrsum terminalem* longum ovatum demum oblongum, multiflorum collecti. *Pedunculi* longi, ramosi, multiflori, *basi* bracteati. *Calyx* glaber, apice purpurascens: *squamis* lanceolatis apice subincurvis. *Flosculi* plerumque omnes fere hermaphroditici *aut* 2-3 foemineis in radio.

3) *T. hybrida* scapo multifloro, thyrso ovato: flosculis foemineis plurimis. *Unechter Hufl. Bastard-Pestilenzwurz.*

(*Linn.* sp. pl. 2. p. 1214. n. 8. *Smith.* Brit. II. p. 879. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 293. *Roth.* Germ. I. p. 366. III. p. 347. *Wib.* Werth. p. 161. *Leers* Herb. p. 187. *Schrank.* bajer. Flor. II. p. 380.)

T. Petasites β. L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. ed. 1804. l. c. *Spreng.* Hal. p. 242. *Rebent.* Neom. p. 109. *Hoppe* bot. Taschenb. 1803. p. 36. *Ehrh.* Beitr. III. p. 66.

Petasites hybridus G. M. Sch. Fl. d. Wetter. p. 184.

Cineraria hybrida Bernh. Erf. l. c.

Perenn. Flor. Martio-Majo.

Hab. cum priori.

Differt ab antecedente, quocum primo adspectu facillime confunditur, *scapo* altiori tenuiori *bracteis* angustioribus vestito, *thyrso* longiori ac densiori, *pedunculis* copiosioribus tenuioribusque, *corollis* paulo

mi-

minoribus et *flosculis* omnibus fere foemineis exceptis 2-4 hermaphroditicis.

Utramque plantam centies examinatam atque observatam constantissimam semper et absque ulla mutatione crescentem inveni, quod etiam *Ill. Gmelini* testimonio (*Flor. bad. III. p.* 432) satis affirmatur. Eas idcirco tanquam species distinctas afferre, haud dubitavi.

370. Senecio, *Greiskraut*, *Baldgreis*, *Kreutzkraut.*

Radio nullo.

1) *Sen. vulgaris* foliis pinnatifidis dentatis amplexicaulibus, floribus corymboso-coarctatis radio destitutis. *Gemeines Greiskr. Goldkraut, Vogelkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1979. *Ejusd.* Enum. p. 875. *Pers.* syn. pl. II. p. 433. *Hoffm.* Germ. II. p. 143. *De Vest* Man. bot. p. 206. *Herb. Bl.* t. 132. *Knorr.* thes. t. S. 5. *Kern.* oekon. Pfl. I. t. 69.)

Ann. Flor. a vere ad hyemem usque.

Hab. in cultis ubique abunde.

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, angulato-teres, ramosus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, pinnatifida, sinuato-denticulata, obtusa, crassiuscula, utrinque glabra et saturate viridia: *radicalia* petiolata. *Flores* in caule et ramis terminales, pedunculati, fere cylindrici, plerumque fasciculati, radio destituti: *pedunculis* striatis 1-floris. *Calyces* basi squamis calyculati, glabri: *squamis* linearibus aequalibus apice conniventibus et sphacelatis. *Flosculi* lutei, longitudine calycis: *omnes* hermaphroditi. *Pappus* semine striato fusco duplo longior.

R a-

Radio revoluto.

2) *Sen. viscosus* foliis pinnatifidis denticulatis viscidis, pedunculis subsolitariis, calyce exteriore laxo interiorem subaequante, caule ramosissimo patulo. *Klebriges Greiskr. Klebkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1984. *Ejusd.* Enum. p. 876. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 144. *De Vest* M. b. l. c.)

Jacobaea viscosa Moench. Meth. p. 586. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 206.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias, vineas et in sylvaticis passim frequens.

Planta tota villoso-viscida, foetens. *Caulis* 1-2-pedalis, interdum altior, erectus, teres, striatus, ramosissimus, patulus. *Folia* alterna, sessilia, sed non amplexicaulia, pinnatifida, obtusa, subdentata, pallide viridia. *Flores* terminales, subsolitarii, radiati, lutei: *pedunculis* 1-floris bracteolatis. *Calyx* hirsutus, viscidus, apice sphacelatus: *foliolis* laxis paucis patentibus calycem ipsum subaequantibus auctus. *Flosculi disci* numerosi, tubulosi, *radii* pauciores ligulati lineares 3-5-dentati, mox revoluti.

Variationem: *corollis* radio destitutis in arenosis *des Kapellenberges* prope *Volkach* supra vineas semel legi.

3) *Sen. sylvaticus* foliis pinnatifidis lobatis denticulatis subpilosis, calyce exteriore brevissimo, caule corymboso. *Wald-Greiskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1985. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 434. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Ja-

Jacobaea sylvatica Moench. Meth. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 207.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in sylvis et nemorosis caeduis passim frequens.

A praecedente, cui affinis, facillime distinquitur: *caule* plerumque humiliori tenuiori *foliisque* piloso-subpubescente non viscido, *floribus* duplo fere minoribus copiosioribus et *calycibus* apice non sphacelatis pubescentibus: exterioris *foliolis* minimis.

Variat *caule* digitali paucifloro.

Radio patente.

4) *Sen. Jacobaea* foliis lyrato-bipinnatifidis divaricatis dentatis glabris, seminibus pilosis. *Jakobs-Greiskr. Jakobskraut, Spinnenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1997. *Ejusd.* Enum. p. 877. *Pers.* syn. pl. p. 435. *Hoffm.* Germ. p. 145. *De Vest* Man. b. p. 208. *Knorr.* thes. II. t. I.)

Jacobaea vulgaris Moench. Meth. p. 587. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 209.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis, in pascuis et versuris ubique frequens.

Caulis 2-3-pedalis, erectus, angulosus, striatus, glaber, ramosus, multiflorus, corymbosus. *Folia* alterna, amplexicaulia, glabra, laete viridia, lyrato-bipinnatifida: *laciniis* laciniatis obtusis inaequaliter dentatis sinuatis; *terminali* majori. *Flores* terminales, corymbosi, radiati, aurei: *pedunculis* bracteolatis. *Calyx* brevis, glaber, apice sphacelatus: *exterior* foliolis pau-

cis laxis subulatis. *Flosculi radii* 3-dentati, patentes, demum revoluti.

5) *Sen. erucaefolius* foliis pinnatifidis dentatis subtus hirsutis, calycibus apice maculatis. *Rauckenblaettriges Greiskr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1991. *Ejusd.* Enum. p. 877. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. p. 207. *Spreng.* Hal. p. 240.)

Sen. tenuifolius Hoffm. Germ. p. 144.

Jacobaea rubella Moench. Meth. p. 586.

J. erucifolia G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 208.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in collibus graminosis, in dumetis, ad fossas et ripas passim.

Differt ab antecedente: *caule* altiori magis stricto hirto, *foliis* subtus praecipue hirsutis: *pinnis* angustioribus, *floribus* pallidioribus: *radio* elongato, *calycibus* non sphacelatis, sed maculis rubellis *aut* fuscis notatis, *basi* tomento caduco vestitis.

6) *Sen. tenuifolius* foliis pinnatis: pinnis linearibus acuminatis subincisis subtus pubescentibus, caule subhirsuto, calycibus immaculatis. *Dünnblaettriges Greiskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1996. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. p. 208. *Spreng.* Hal. l. c. *Wib.* Werth. p. 162. *Jacq.* Austr. t. 278.)

Perenn. Flor. Augusto-Octobri.

Hab. in sylvaticis siccis, in montosis apricis, in lapidosis ad vias, muros et vineas non raro.

Saepissime cum antecedente confunditur, a quo fa-

facile distinquitur: *caule* simpliciori tenuiori densius folioso tomento albido *aut* villo incano vestito, *foliis* strictioribus erectis fere imbricatis pinnatis: *pinnis* multo angustioribus exacte linearibus margine revolutis subintegris *supra* hirtis laete viridibus, *subtus* villosis incanis, *floribus* paulo minoribus, *calycis foliolis* totis viridibus nec maculatis nec sphacelatis.

7) *Sen. aquaticus* foliis lyratis serratis: inferioribus obovatis indivisis, seminibus glabris, radii flosculis ellipticis *Wasser-Greiskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 1997. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 146. *De Vest* Man. bot. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *Smith.* Brit. p. 885.)

Jacobaea aquatica G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 210.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in paludosis, in salicetis. (In paludosis ad *Moenum* prope *Hassfurth*, ad *Saalam* prope *Neustadt* et *Tuberim* prope *Roettingen* perraro. In salicetis supra *Ochsenfurth* et circa *Abb. Heidenfeld.* In uliginosis prope *Hilters*, *Simerichhaussen* et versus *Thann*, alibique raro.)

A *Senec. Jacobaea*, cui maxime affinis et a quo specie forsitan non differt, recedere videtur: *foliis radicalibus* et *infimis* obovatis indivisis integriusculis, *superioribus* pinnatifidis: *lacinia terminali* majore, *radii flosculis* magis ellipticis et *seminibus* glabris.

Radiati: foliis indivisis.

8) *Sen. paludosus* foliis semiamplexicaulibus lanceolatis argute serratis subtus subvillosis, corymbo divaricato, radio patente, caule stricto. *Sumpf-Greiskr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2002. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 436. *Hoffm.* Germ. p. 146. *De Vest* M. b. p. 209.)

Jacobaea paludosa G. M. Sch. Fl. d. Wetter. p. 211.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in paludosis, in aquis stagnantibus. (In paludosis sylvaticis circa *Grossenlangheim*, prope *Hassfurth*, *Erlach*, in den *Lacken* ad *Abb. Heidenfeld*, et in der *Altung* versus *Hirschfeld* rarissime.)

Caulis 2-4-pedalis, erectus, strictus, teres, striatus, tomento deciduo vestitus, simplex, *superne* divisus. *Folia* alterna, sessilia, erecta, lanceolata, acuta, argute serrata, *basin* versus attenuata ac integerrima, *supra* laete viridia glabra, *subtus* pubescentia *aut* tomentosa. *Corymbus* terminalis, pauciflorus, divaricatus: *pedunculis* ramosis *inferne* bractea lanceolata integerrima notatis. *Flores* majusculi, lutei: *radio* patente multifloro plerumque 3-dentato. *Calyx* cylindricus, glabriusculus, apice sphacelatus.

In Individuis indigenis *folia* semper subtus subvillosa *aut* pubescentia, ast nunquam tomentosa inveni.

9) *Sen. sarracenicus* foliis sparsis sessilibus lanceolatis basi cuneatis argute serratis: serraturis nudis, floribus corymbosis radiatis. *Sarrazenisches Greiskr. heidnisches Wundkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2004. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 437. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 186.)

Jacobaea sarracenica Moench Meth. p. 588. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 213. *Walth.* Fl. v. Giess. p. 628.

Perenn.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in sylvaticis, praecipue montosis, etiam ad ripas hinc inde. (In sylvis infra *Veitshoechheim,* prope *Leinach,* im *Gramschatz,* in der *Waldskugel,* im *Huck* prope *Wipfeld* et *im Steigerwald* passim, alibique.)

Caulis 4 - 6 - pedalis, erectus, strictus, crassus, multangulus, glaber, pallide viridis, simpliciusculus, *superne* corymbosus. *Folia* sparsa, sessilia, oblonga, lata, lanceolata, basin versus cuneata, utrinque glabra, *supra* saturate viridia, *subtus* pallidiora, argute serrata: *serraturis* absque ciliis, *superiora* sensim minora. *Corymbus* terminalis, amplus, speciosus, multiflorus: *pedunculis* sulcatis pubescentibus bracteis lineari - setaceis obsitis. *Calyx* villosiusculus, apice sphacelatus. *Corollulae radii* ligulatae 3 - 4 - dentatae.

Variat nonnunquam *foliis quibusdam* biserratis et *calycibus* omnino glabris.

10) *Sen. commutatus* foliis alternis petiolatis ovato - lanceolatis argute serratis: serraturis ciliatis, floribus corymbosis radiatis. *Verwechseltes Greiskr.*

Sen. ovatus L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. ?. *Pers.* syn. pl. l. c. ?.

Sen. Fuchsii Gmel. Bad. III. p. 444.

Jacobaea ovata G. M. Sch. Fl. d. Wett. p 212.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in nemorosis, et sylvaticis caeduis. (In nemorosis et caeduis sylvarum *Gramschatz, Waldskugel, Guttenberg* et *Bromberg.* In nemorosis ad *Lengfeld, Versbach, Mühlhaussen,* im *Kapuzinerholz* supra *Ochsenfurth* et copiosissime in sylvaticis caeduis circa *Grossenlangheim,* alibique.)

Si-

Similis antecedenti, a quo: *caule* demissiore tenuiore sulcato simplicissimo purpureo-rubello *aut* striis maculisque purpureis picto, *foliis* semper alternis atque petiolatis ovato-lanceolatis in acumen longum attenuatis: *serraturis* evidenter ciliatis, *corymbo* minus denso: *ramulis* alternis longioribus; *exterioribus* plerumque 3-floris: *flore intermedio* brevius pedicellato constanter differt.

Hunc et antecedentem, atque *Sen. nemorensem L.* qui in regione nostra peregrinus est, saepissime ab authoribus hucusque inter se commutatos esse, dubium haud superest.

11) *Sen. Doria* foliis ovali-lanceolatis subdecurrentibus serratis subtus subpilosis, pedicellis calycibusque pubescentibus, floribus corymbosis radiatis. *Hohes Greiskr. goldenes Greiskr. Doria.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 2005. *Ejusd.* Enum. p. 878. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ p. 147. *De Vest* M. bot. p. 209. *Jacq.* Austr. t. 185.)

Jacobaea Doria G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 214.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvis. (In sylvis prope *Uettingen* passim, *Wib.* In *sylva mühlhussiana* specimina 3 vidi.)

A. *Sen. sarracenico* affini facile distinquitur: *caule* plerumque altiori saepissime ultra 5-pedali, *foliis* amplexicaulibus subdecurrentibus ovali-lanceolatis utrinque attenuatis flaccescentibus quasi nebulosis tactu pinquibus *supra* glabris *subtus* subpilosis, *corymbo* speciosiori densiori ramosissimo, *pedunculis* firmioribus atque *calycibus* pubescentibus.

371. Aster, *Sternblume.*

1) *A. Amellus* foliis oblongo-lanceolatis integerrimis scabris, floribus corymbosis. *Attische Sternbl. Virgils-Aster, blaues Sternkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2031. *Ejusd.* Enum. p. 882. *Pers.* syn. pl. II. p. 444. *Hoffm.* Germ. II. p. 148. *De Vest* M. b. p. 212. *Jacq.* Austr. t. 435. *Herb. Bl.* t. 109.)

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in versuris, in collibus apricis et montanis ubique.

Caules plerumque plures, palmares, pedales et majores, erecti, teretes, scabri, *superne* divisi. *Folia* alterna, oblongo-lanceolata, acuta, integerrima, rigida, scabra, nervosa, mucrone brevi terminata: *inferiora* petiolata, *superiora* sessilia semiamplexicaulia. *Flores* terminales, corymbosi, speciosissimi: *pedunculis* 1 floris, *alaribus* subfoliosis. *Flosculi radii* numerosi, eleganter coeruleo-violacei, *disci* lutei. *Calyx* hemisphaericus, imbricatus, subsquarrosus: *foliolis* obtusis apice rubellis.

Variatio: *foliis* angustioribus fere lineari-lanceolatis et *floribus* in corymbo paucioribus, quae *ad sylvam Zellensem* alibique passim crescit, ab aliquibus falso pro *A. acri Linn.* sumitur.

372. Solidago, *Goldruthe.*

1) *S. virga aurea* caule subflexuoso angulato, foliis elliptico-lanceolatis, racemis erectis. *Gemeine Goldr. goldnes Wundkraut, St. Petersstaab.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2065. *Ejusd.* Enum. p.

p. 892. *Pers.* syn. pl. p. II. p. 449. *Hoffm.* Germ. II. p. 149. *De Vest* M. b. p. 210. *Sturm.* D. Fl. I. 9. *Knorr.* thes. I. t. W. 11. *Herb. Bl.* t. 169.)

Doria Virgaurea Scop. Carn. II. p. 176.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in nemorosis et dumetosis ubique frequenter.

Caulis 1-2-3-pedalis, erectus, sulcatus, magis minusve flexuosus, simplex, *inferne* teretiusculus ac fere glaber, *superne* subcompressus et magis pubescens. *Folia* alterna, glabra, venosa, rigidula, serrata: *inferiora* petiolata in petiolum decurrentia ovato-lanceolata latiora et latius serrata, *superiora* subsessilia angustiora magis acuminata, *suprema* sensim minora *bracteas* repraesentantia. *Flores* pedunculati, aurei, racemosi. *Racemi* axillares, alterni, erecti, densi, multiflori. *Calyces* cylindrici, imbricati: *foliolis* lanceolatis rectis, demum patulis.

Variat *caulibus* simplicissimis et ramosis, *foliis* hirsutis et subintegris, atque, praecipue in sterilioribus, *racemis* brevibus densioribus minusque compositis.

373. Cineraria, *Aschenkraut.*

1) *C. integrifolia* foliis denticulatis lanceolatis: radicalibus spathulatis, floribus umbellatis. *Ganzblaettriges Aschenkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2082. *Pers.* syn. pl. II. p. 440. *Hoffm.* Germ. II. p. 150. *De Vest* M. b. p. 304. *Jacq.* Austr. t. 179.)

C. spathulaefolia Gmel. Bad. III. p. 454.

Bienn. Flor. Majo-Julio.

Hab.

Hab. in nemorosis, in sylvaticis montanis, in caeduis. (In nemorosis prope *Veitshoechheim, Leinach, Stetten, Lengfeld, Gerbrunn* et *Ochsenfurth.* Im *Kaeserhoelzchen* versus *Rottendorf*, in sylva *Waldskugel* et ad ejus margines hinc inde copiose, alibique.)

Caulis sesqui-*aut* 2-pedalis, erectus, angulosus, simplicissimus, tomento tenui deciduo vestitus. *Folia* alterna, subrugosa, margine plerumque undulata et crenato-denticulata, *subtus* praecipue albide tomentosa: *radicalia* et *infima caulis* in petiolum praelongum membranaceum decurrentia exacte spathulata obtusiora, *superiora* obverse ovali-lanceolata, *summa* linearia integriuscula. *Flores* majusculi, aurei, in *umbellam terminalem* speciosam paucifloram dispositi: *pedunculis* brevibus 1-floris tomentosis basi *bractea* lanceolata brevi suffultis. *Flosculi radii* longi, 2-3-6-dentati.

374. Inula, *Alant.*

1) *In. Helenium* foliis amplexicaulibus ovatis rugosis subtus tomentosis, squamis calycinis ovatis. *Wahrer Al. Alantwurz, Galant, Helenenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2089. *Ejusd.* Enum. p. 895. *Pers.* syn. pl. II. p. 450. *Hoffm.* Germ. II. p. 151. *De Vest* M. bot. p. 213. *Herb. Bl.* t. 473.)

Aster Helenium Scop. Carn. II p. 171. *Moench.* Meth. p. 601. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 221.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis et hinc inde in vineis quasi sponte.

Radix crassa, ramosa, aromatica, amara. *Caulis* 2-

6-

6-pedalis, erectus, firmus, teres, angulosus, scaber, *superne* ramosus. *Folia* inaequaliter serrata, rugosa, *supra* scabra, *subtus* tomentosa mollia: *radicalia* maxima petiolata ovata obtusa, *caulina* alterna amplexicaulia ovato-lanceolata. *Flores* terminales, solitarii, pedunculati, magni, lutei. *Phylla exteriora* foliacea, ovata, magna, tomentosa, *interiora* lineari-lanceolata, scariosa, nuda.

2) *In. oculus Christi* foliis amplexicaulibus oblongis integris hirsutis, caule piloso corymboso. *Wolliger Al. wilder Al. Christusauge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2090. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 223.)

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in aridis. (Specimen in aridis ad *Moeni* ripam versus *Heidingsfeld* lectum mihi communicavit *cl. Dr. Kuster.* Ipse nondum eam inveni.)

Planta tota hirsuto-incana. *Radix* horizontaliter repens. *Caulis* palmaris et pedalis, erectus, rigidus, parum ramosus, pauciflorus. *Folia* alterna, oblonga, obtusa, venoso-rugosa, plerumque integerrima: *infima* in petiolum dilatatum desinentia, *reliqua* sessilia amplexicaulia. *Flores* terminales, subcorymbosi, quam in praecedente minores, speciosi, odorati, lutei. *Calyx* dense imbricatus, villosus. *Flosculi radii* plerumque 3-saepius etiam edentati.

4) *In. britannica* foliis amplexicaulibus lanceolatis basi serratis subtus pilosis, caule villoso corymboso, ramis lateralibus mediis longioribus. *Britischer Al. Wiesen-Alant, Sumpfsternkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.*

syn.

syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 152. *De Vest* M. b. p. 214. *Schkuhr.* b. H. t. 247.)

Aster britannicus G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 222.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad ripas, ad vias. (Ad ripas *Moeni* infra *Thüngersheim, Retzbach, Karlstadt, Gemünden*, prope *Ochsenfurth, Hassfurth, Volkach* etc. Ad vias versus *Veitshoechheim*, prope *dem rothen Kreutze, Arnstein, Fahr, Gerolshofen, Falkenstein, Tückelhaussen* et alibi.)

Radix repens. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, teres, villosus, *superne* divisus: *ramis exterioribus* interiores superantibus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, lanceolata, acuminata, plana, basin versus obsolete rariter serrata, quandoque integerrima, *supra* laete viridia fere glabra, *subtus* villosa incana. *Flores* terminales, solitarii, magni, lutei. *Flosculi radii* numerosissimi, lineares, graciles, calyce 3-plo fere longiores, 3-dentati. *Phylla* imbricata, angusta, laxa, patentia, *extus* leviter villosa.

In horto culta *caules* habet multo altiores, *flores* majores et *folia* longiora magis acuminata integerrima.

4) *In. dysenterica* foliis amplexicaulibus cordato-oblongis villoso-tomentosis obsolete denticulatis, ramis lateralibus mediis longioribus, squamis calycinis setaceis. *Ruhr-Alant, Ruhrkraut, gelbe Dürrwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2091. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Aster dysentericus Scop. Carn. p. 171.

A. undulatus Moench. Meth. p. 600.

Pu-

Pulicaria dysenterica G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 225. *Bernh.* Erf. p. 153.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad fossas, ad ripas et vias ubique frequens.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, teres, lanatus, magis minusve ramosus. *Folia* alterna, amplexicaulia, approximata, cordato-oblonga, acuminata, subserrulata, *basi* rotundata, utrinque villosa mollia. *Flores* terminales, solitarii, pedunculati, erecti, corymbosi, lutei, quam in praecedente minores. *Phylla* numerosa, setacea, subaequalia, hirsuta. *Flosculi radii* numerosissimi, calyce duplo longiores, lineares, 3-dentati, patentes, demum revoluti.

Variat *caulibus* digitalibus 1-2-floris, et sesqui- *aut* 2-pedalibus ramosissimis multifloris.

5) *In. Pulicaria* foliis amplexicaulibus lanceolatis undulatis, floribus subglobosis: radio brevissimo. *Wellenblaettriger Al. Floehkraut, kleine Dürrwurz, Christinenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2093. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 213. *Herb. Bl.* t. 103.)

Aster Pulicarius Scop. Carn. II. p. 172.

Pulicaria vulgaris Moench. Meth. p. 602. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 225. *Bernh.* Erf. p. 153.

Ann. Flor. *Jul. Augusto.*

Hab. in inundatis, in udis et ad ripas ubique.

Caulis palmaris *aut* pedalis, adscendens, saepius etiam erectus, teres, pubescens, ramosissimus, *inferne* plerumque fusco-purpurascens. *Folia* alterna, sessilia,

lia, amplexicaulia, lanceolato-oblonga, undulata, recurva, integra, utrinque pubescentia. *Flores* numerosi, parvuli, hemisphaerici, lutei: *terminales* pedunculati, *axillares* sessiles. *Radius* brevissimus, vix conspicuus. *Phylla* plurima, lineari-setacea, villosa.

Variat *caulibus* decumbentibus, et *flosculis radii* paucissimis.

Herba digitis imprimis trita foetens.

6) *In. salicina* foliis semiamplexicaulibus lanceolatis recurvis serrato-scabris, ramis angulatis: inferioribus altioribus. *Weidenblaettriger Alant.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2096. *Ejusd.* Enum. p. 896. *Pers.* syn. pl. p. 451. *Hoffm.* Germ. p. 153. *De Vest* M. b. p. 214.)

Aster salicinus Scop. Carn. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. p. 223.

A. rigidus Moench. Meth. supplem. p. 251.

Perenn. Flor. Julio-Octobri.

Hab. in sylvis et ad earum margines. (In sylvis *Gramschatz*, *Guttenberg*, *Waldskugel*, in nemorosis ad *Zell*, *Versbach*, *Mühlhaussen*, *Uettingen*, alibique copiose.)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, angulatus, glaber, *superne* ramosus: *ramis* alternis caulem adaequantibus. *Folia* alterna, semiamplexicaulia, approximata, cordato-lanceolata, acuminata, recurvata, rigida, nitida, laete viridia, glabra, margine tenuissime serrulata scabra. *Flores* mediocres, lutei, terminales solitarii. *Phylla* glabra: *exteriora* latiora apice reflexa, *interiora* erecta colorata.

Variat *caulibus* simplicibus 1-3-floris et *foliis* latioribus ovatis in acumen longum attenuatis.

7)

7) *In. hirta* foliis sessilibus semiamplexicaulibus oblongo-lanceolatis obtusis recurvis obsolete serratis hirtis, caule hirto sub 1-floro, foliolis calycinis ciliato-hirtis. *Steifhaariger Alant.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2098. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 215. *Jacq.* Austr. t. 358.)

Aster hirtus Scopol. Carn. p. 173. t. 58. *Moench.* Meth. supplem. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter p. 224.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis, in saxosis montosis. (In saxosis *des guttenberger, steiger- kister* und *zeller Waldes* passim. In montibus *Kalbenstein*, *Schwammberg* et *Hohwann.* In sylvaticis et saxosis prope *Oberlauringen*, *Nassach*, alibique.)

Ab antecedente affini differt: *caule* tereti simplici 1-*aut* 2-3-floro pilis hirto, *foliis* (inferioribus praecipue) latioribus et obtusioribus piloso-hirtis margine rariter obtuse crenulatis.

Flores majusculi, odorati. *Pedunculi laterales*, si adsunt, caulem superant.

8) *In. germanica* foliis sessilibus ovato-lanceolatis integerrimis scabris, caule superne corymboso-ramoso, calycibus oblongis. *Deutscher Alant*, *Bergstern.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2100. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 154. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 134.)

Aster corymbosus Moench. Meth. p. 250.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis, montosis asperis. (In cae-

caeduis asperis *der Waldskugel, des guttenberger* et *bromberger Waldes* hinc inde. In monte *Hassberg* versus *Beltenburg, Unfinden* et alibi raro.)

Caulis pedalis et altior, erectus, teres, scabriusculus, villosus, simplex, *superne* corymboso-ramosus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, ovato-lanceolata, mucronata, integra, subaspera, margine scabra: *superiora* sensim minora. *Flores* terminales, pedunculati, parvi, lutei, oblongi, fasciculato-corymbosi. *Squamae calycinae* inaequales, lanceolatae, apice reflexae. *Flosculi radii* numerosissimi, 2-3-dentati.

375. ARNICA, *Wohlverlei*, *Fallkraut.*

1) *A. montana* foliis ovatis integris: caulinis geminis oppositis. *Berg-Wohlv. Johannisblume, Luzianskraut, Marienkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2106. *Ejusd.* Enum. p. 897. *Pers.* syn. pl. II. p. 453. *Hoffm.* Germ. II. p. 154. *De Vest* Man. bot. p. 216. *Schkuhr.* b. H. t. 248. *Knorr.* thes. II. t. A. 16. *Herb. Bl.* t. 595.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in sylvis, praecipue montanis. (In *sylva stettensi* prope *Karlstadt*, in sylva vulgo *die Fundgrube* prope *Grossenlaugheim*, in nemorosis in via a *Kleinochsenfurth* versus *den erlacher Seen,* im *Kapuzinerholz* supra *Ochsenfurth*, in nemore prope *Versbach* versus *Rimpar.* In variis *montibus rhoenanis* e. gr. in monte *st. Crucis*, auf den *Auersbergen* et alibi copiose.)

Radix fibrosa, fusca, *intus* albida. *Caulis* 1-2-pedalis, erectus, simplex, teres, striatus, pilis coloratis ob-

obsessus: *ramis* superne 2-3 oppositis 1-floris. *Folia* ovata s. ovali-lanceolata, obtusa, integerrima, crassiuscula, villosa, *supra* laete viridia, *subtus* pallidiora: *radicalia* in petiolum decurrentia terrae incumbentia, *caulina* plerumque 2, interdum 4 opposita sessilia angustiora minora. *Flores* terminales, solitarii, subnutantes, speciosi, aurei. *Flosculi radii* longi, lineares, obtusi, striati, 3-4-dentati. *Calycis foliola* linearia, aequalia, basi gibba, apice colorata.

Planta acris, amariuscula, emetica.

376. Doronicum, *Gemswurz.*

1) *D. Pardalianches* foliis cordatis denticulatis: radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus. *Gemeine Gemsw. Leopardenwürger.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2114. *Ejusd.* Enum. p. 897. *Pers.* syn. pl. II. p. 454. *Hoffm.* Germ. II. p. 155. *De Vest* M. b. p. 217. *Schkuhr.* b. H. t. 249. *Jacq.* Austr. t. 350. *Sturm.* D. Fl. I. 21. *Herb. Bl.* t. 239.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in sylvaticis siccis. (In *sylva vitihoechheimensi* vulgo *Edelmannsholz* et in *sylva stettensi* perraro. In sylvaticis prope *Abb. Bildhaussen* et *Rödelmajer* plantas paucas vidi.)

Radix nodosa, repens, albida. *Caulis* 2-3-pedalis, erectus, teres, sulcatus, hirtus, simplex, *superne* subviscidus. *Folia* cordata, obtusa, crenata, pilosa, mollia, basi auriculata: *radicalia* et *caulina infima* petiolata magna, *superiora* alterna amplexicaulia minora, *summa* lanceolata. *Flores* terminales, corymbosi, lutei, longe pedunculati: *axillares* sessiles. *Phylla* corolla

rolla duplo breviora, linearia, acuta, villosa, ciliata. *Flosculi radii* numerosi, lineares, apice 3-5-dentati.

Planta culta *floribus* gaudet copiosioribus.

377. Bellis, *Massliebe.*

1) *B. perennis* foliis obovatis crenatis, scapo nudo. *Ausdauernde Massl. Gaenseblümchen, Margarethenblümchen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2121. *Ejusd.* Enum. p. 899. *Pers.* syn. pl. II. p. 459. *Hoffm.* Germ. II. p. 156. *De Vest* M. b. p. 198. *Schkuhr.* b. H. t. 251. *Herb. Bl.* t. 200.)

Perenn. Flor. a primo vere in autumnum usque.

Hab. in pratis, pascuis et in pomariis ubique abunde.

Radix repens. *Scapi* vix digitales, interdum altiores, erecti, teretes, nudi, 1-flori, simplicissimi. *Folia* in orbem digesta, depressa, obovata, crenata, hirsuta, in petiolum desinentia. *Calyx* hemisphaericus, pilosus: *squamis* lanceolatis duplici serie positis. *Discus* conicus aureus, *radius* albus *aut* rubescens.

Variat in hortis *floribus* majoribus plenis et semiplenis, rubris, roseis et totis niveis. (*Knorr.* thes. I. t. M. *Herb. Bl* t. 530.)

378. Chrysanthemum, *Wucherblume.*

1) *Chr. Leucanthemum* foliis lanceolatis serratis basi incisis, radio albo. *Weisse Wucherbl. grosse Masslieben, grosse Gaenseblume, Kalbsauge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2142. *Ejusd.* Enum. p. 902. *Pers.* syn. pl. II. p. 460. *Hoffm.* Germ. II. p.

157. *De Vest* M. b. p. 199. *Sturm.* D. Fl. I. 2. *Herb. Bl.* t. 42.)

Matricaria Leucanthemum Scopol. Carn. II. p. 147. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 405. *Bernh.* Erf. p. 142.

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in pratis, ad colles et vias ubique abunde.

Caules 1 - *aut* sesquipedales et altiores, erecti, angulati, glabriusculi, simplices, rarius ramosi. *Folia* rigidula, saturate viridia, nitida, glabriuscula: *radicalia* et *caulina inferiora* ovata in petiolum decurrentia crenata, *superiora* obverse - lanceolata sessilia remote serrata semiamplexicaulia. *Flos* terminalis, magnus, formosus, odoratus: *disco* convexo luteo, *radio* albo. *Calyx* glaber, planiusculus, polyphyllus: *foliolis* arcte imbricatis margine scariosis nigris.

Variat *caule* villoso.

2) *Chr. segetum* foliis oblongis dentato - serratis superne laciniatis, radio luteo. *Gelbe Wucherbl. Goldblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2148. *Ejusd.* Enum. p. 903. *Pers.* syn. pl. p. 463. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 200.)

Matricaria segetum Schrank. bajer. Fl. p. 406. *Bernh.* Erf. l. c.

Pyrethrum segetum Moench. Meth. p. 597. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 205.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. inter segetes passim raro.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, angulosus, ramosus, gla-

glaber, glaucescens. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, oblonga, apicem versus dilatata et trifida, utrinque viridi-glauca glabraque. *Flores* terminales, solitarii, pedunculati, speciosi, toti flavi. *Squamae calycinae* ovatae, margine membranaceae: *interiores* majores.

379. Pyrethrum, *Bertramwurz*, *Wundfarrn.*

1) *P. corymbosum* foliis pinnatis: pinnis lanceolatis pinnatifidis argute serratis; summis confluentibus, floribus corymbosis. *Doldenblüthige Bertramw.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* III. p. 2155. *Ejusd.* Enum. p. 905. *Spreng.* Hal. p. 236. *Schrank.* bajer. Fl. II. p. 405. *Wib.* Werth. p. 160. *Scop.* Carn. II. p. 148. *Moench.* Meth. p. 597. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 204.)

Chrysanthemum corymbosum Linn. sp. pl. 2. p. 1251. n. 2. *Pers.* syn. pl. II. p. 461. *Hoffm.* Germ. II. p. 158. *Roth.* Germ. I. p. 357. III. p. 320. *De Vest* M. b. p. 200. *Bernh.* Erf. p. 144. *Jacq.* Austr. t. 379.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in sylvis caeduis et montosis, ad margines sylvarum fere ubique et plerumque copiose.

Caulis sesqui-2-et 3-pedalis, erectus, rigidus, sulcatus, glaber, simplex, *superne* corymbosus. *Folia* sessilia, alterna, mox utrinque, mox subtus villosa *aut* villosiuscula, pinnata: *pinnis* oblongis acutis decurrentibus subpinnatifidis argute serratis: *summis* confluen-

tibus. *Flores* terminales, copiosi, in corymbo ramoso plano: *pedunculis* sulcatis. *Radius* albus, *discus* luteus. *Phylla* linearia, villosula, margine scariosa atrata.

Planta tota cum *floribus* inodora.

2) *P. Parthenium* foliis pinnatis planis: pinnis oblongis obtusis pinnatifidis dentatis, floribus corymbosis. *Mutterkrautaehnliche Bertramw. Matronenkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 2155. *Ejusd.* Enum. p. 906. *Spreng.* Hal. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 900. *Herb. Bl.* t. 192.)

Matricaria Parthenium Linn. sp. pl. 2. p. 1255. *Moench.* Meth. p. 596. *De Vest* Man. bot. p. 201. *Wib.* Werth. p. 158. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 201. *Roth.* Germ. I. p. 355. III. p. 166. *Gmel.* Bad. III. p. 478.

Chrysanthemum Parthenium Pers. syn. pl. p. 462. *Hoffm.* Germ. l. c. *Bernh.* Erf. p. 145.

Perenn. bienn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in hortis, in vineis, in ruderatis et ad muros passim copiose.

Caules 2-pedales et altiores, erecti, sulcati, glabri, *superne* valde ramosi: *ramis* alternis erectis corymbosis. *Folia* alterna, petiolata, patentia, glabriuscula, subincana, punctulata, pinnatifida: *pinnis* pinnatifidis dilatatis contiguis obtusissimis inciso-serratis. *Flores* pedunculati, terminales, corymbosi: *pedunculis* longis sulcatis bracteolatis. *Discus* luteus, *radius* albus brevis subdeflexus. *Phylla* imbricata, subciliata, apice scariosa.

Odor totius plantae gravis, aromaticus.

Va-

Variat in hortis *floribus* plenis: *flosculis omnibus* ligulatis et *flosculis omnibus* tubulosis, atque *floribus* radio destitutis.

3) *P. inodorum* foliis bipinnatis: pinnis lineari-filiformibus acutis 2-3-partitis, caule ramoso diffuso. *Geruchlose Bertramw. feinblaettrige Gaenseblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2157 *Ejusd.* Enum. p. 907. *Spreng.* Hal. p. 237. *Smith.* Brit. l. c. *Moench.* Meth. p. 597. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. Anh. p. 17.)

Chrysanth. inodorum Linn. sp. pl. 2. p. 1253. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 357. III. p. 319. *De Vest* M. b. p. 200. *Wib* Werth. p. 159. *Bernh.* Erf. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 253.)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in ruderatis et ad vias ubique abunde.

Caulis palmaris, pedalis et altior, glaber, angulatus, ramosus, diffuso-patulus. *Folia* alterna, sessilia, glabra, obscure viridia, pinnato-multifida: *foliolis* angustissimis subrevolutis mucronulatis. *Flores* terminales, solitarii, majusculi: *pedunculis* nudis. *Radii flosculi* patentes obtusi 3-dentati albi: *disci* lutei. *Calyx* hemisphaericus, glaber: *squamis* lanceolatis obtusis margine membranaceis fuscis.

Planta omnino fere inodora.

380. MATRICARIA, *Mutterkraut.*

1) *M. Chamomilla* foliis bipinnatis linearibus glabris. *Kamillenartiges Mutterkr. gemeine, wahre Kamille, Feldkamille, Apotheckerkamille.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2161. *Ejusd.* Enum. p. 907. *Pers.* syn. pl. II. p. 463. *Hoffm.* Germ. II. p. 159. *De Vest* Man. b. p. 201. *Schkuhr.* b. H. t. 253. *Herb. Bl.* t. 298.)

Chrysanthemum Chamomilla Bernh. Erf. p. 145.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, inter segetes et ad vias ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, interdum digitalis, erectus, ramosissimus, striatus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, saturate viridia, glabra, bipinnato-multifida: *laciniis* linearibus setaceis mucronulatis. *Flores* terminales, numerosi, solitarii, corymbosi: *pedunculis* sulcatis glabris. *Calyx* glaber, planiusculus. *Discus* conicus luteus, *radius* albus patens, mane imprimis et anthesi peracta deflexus.

Flores odorati, fragrantes.

Variat in locis sterilioribus apricis: *caule* minore minus ramoso, *floribus* magis odoratis ac suaveolentibus et *radio* semper deflexo *M. suaveolens Authorum*, quae in horto e seminibus culta a *Matr. Chamomilla* nullam demum differentiam ostendebat.

Saepissime cum *Anthemide arvensi, A. Cotula* et *Pyrethro inodoro* ab ignaris confunditur.

381. Anthemis, *Kamille.*

1) *A. arvensis* foliis pinnato-multifidis cano-pubescentibus, paleis receptaculi setaceis exsertis, seminibus coronato-marginatis. *Acker-Kam. wilde, falsche Kamille, Strichblume, Kroetendill.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2180. *Ejusd.* Enum. p.

p. 911. *Pers.* syn. pl. II. p. 466. *Hoffm.* Germ. II. p. 160. *De Vest* M. b. p. 220. *Sturm.* D. Fl. I. 27.)
Ann. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in agris, in arvis, inter segetes et ad vias copiose.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus s. adscendens, a basi ramosissimus, saepe diffusus, teretiusculus, striatus, villosiusculus. *Folia* alterna, sessilia, villosula, glauco-viridia, 2-pinnata, multifida: *laciniis* latiusculis planis acutis. *Pedunculi* terminales, sulcati, villosi, elongati, 1-flori, nudi. *Calyx* pubescens: *squamis* adpressis apice scariosis. *Flosculi disci* lutei, *radii* albi numerosi patentes apice 3-dentati, demum deflexi. *Receptaculum* conicum : *paleis* lanceolatis membranaceis nitentibus obsessum. *Semina* tetragona, glabra, apice truncata et tenuissime denticulata.

Planta exceptis *floribus* suaveolentibus parum odora.

2) *A. Cotula* foliis bipinnatis glabris: foliolis 3-partitis, paleis receptaculi setaceis, seminibus nudis. *Stinkende Kam. Hundskamille, Hundsfenchel, Gaensekropf.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2181. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 221. *Schkuhr.* b. H. t. 254. *Herb. Bl.* t. 67.)

Chamaemelum cotula Moench. Meth. p. 605. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 233. *Walth.* Fl. v. Giess. p. 634.
Cham. arvense Wib. Werth. p. 160.
Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab.

Hab. inter segetes, et in agris vervactis fere ubique.

Ab antecedente imprimis: *odore* peculiari acri foetido, *caule* erecto glabro minus ramoso, *foliis* glabris laete viridibus, *squamis calycinis* apice vix scariosis, *receptaculi paleis* minutissimis setaceis et *seminibus* obovatis striatis non coronato-marginatis recedit.

3) *A. tinctoria* foliis bipinnatis argute serratis subtus tomentosis, caule corymboso erecto. *Faerber-Kam. Faerbgarbe, Gilbblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2189. *Ejusd.* Enum. p. 912. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 161. *De Vest* M. b. p. 220. *Herb. Bl.* t. 439.)

Perenn. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in agris apricis, in versuris, ad muros et vias ubique.

Caulis 1-2-pedalis, erectus, teres, sulcatus, villosiusculus, corymboso-ramosus. *Folia* alterna, incana, pubescentia, 2-pinnatifida, plana: *pinnis inferioribus* pinnatifidis dentatis, *superioribus* serratis. *Pedunculi* terminales, elongati, solitarii, incani, striati, 1-flori. *Flores* magni, speciosi, lutei: *radio* concolore. *Calyx* villosus: *squamis* arcte imbricatis marginatis, *interioribus* longioribus apice subciliatis. *Receptaculum* hemisphaericum: *paleis* lanceolatis carinatis margine scariosis. *Semina radii* alata sulcata, *disci* quadrangula apice subemarginata.

382. ACHILLEA, *Achilleskraut, Garbe, Garbkraut.*

1) *A. Ptarmica* foliis lineari-lanceolatis serrulatis. *Sumpf-Garbe, weisser Rheinfarrn, weisser Dorant, wilder Bertram, Nieskraut.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2191. *Ejusd.* Enum. p. 913. *Ejusd.* Diss. d. Achill. p. 10. *Pers.* syn. pl. II. p. 467. *Hoffm.* Germ. II. p. 161. *De Vest* Man. bot. p. 218. *Sturm.* D. Fl. I. 10. *Herb. Bl.* t. 276.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in humidis, ad lacus, ad ripas et in nemorosis ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, *inferne* teres glaber, *superne* striatus subvillosus ramosus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, lineari - lanceolata, acuta, glabra, avenia, argute serrulata: *serraturis* margine retrorsum scabra. *Flores* albi, corymbosi. *Corymbus* terminalis, ramosus, inaequalis, pauciflorus: *pedunculis* pubescentibus foliosis. *Calyx* magnus, hemisphaericus: *squamis* ovato - lanceolatis viridibus margine fuscescentibus, *superioribus* membranaceis. *Flosculi radii* ovati, obtusi, 3 - dentati.

Planta inodora, sapore acri, aromatico.

In hortis *floribus plenis* superbit.

2) *A. Millefolium* foliis bipinnatis multifidis nudiusculis: laciniis linearibus dentatis suberectis, caule sulcato. *Gemeine Garb. Schaafgarbe, Tausendblatt.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2208. *Ejusd.* Enum. p. 915. *Ejusd.* Diss. d. Ach. p. 39. *Pers.* syn. pl. p. 469. *Hoffm.* Germ. p. 162. *De Vest* M. b. p. 219. *Sturm.* D. Fl. l. c. *Herb. Bl.* t. 18.)

Perenn. Flor. Junio - Octobri.

Hab. in pratis, in pascuis et ad vias ubique abunde.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, pubescens, *superne* sulcatus et divisus. *Folia* glabra, bipinnata: *pinnis* op-

oppositis acutiusculis suberectis *aut* magis obliquis subpinnatis inaequalibus dentatis, *radicalia* petiolata, *caulina* alterna sessilia amplexicaulia. *Flores* corymbosi, parvi, albi, interdum dilute rosei: *radio* plerumque 5-floro. *Corymbus* terminalis, inaequalis, densus, multiflorus. *Calyx* hemisphaericus, glaber: *squamis* ovatis concavis margine membranaceis albidis, apice fusco-ciliatis.

Variat *caulibus* altioribus et minoribus *foliisque* hirsutis, et in hortis *floribus* plenis.

Planta odorata, subaromatica, amaricans.

3) *A. nobilis* foliis sub-2-pinnatis pubescentibus: pinnis oblongis pinnatifidis, incisuris aequalibus, corymbo inaequali fastigiato. *Edle Garbe.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2211. *Ejusd.* Enum. p. 916. *Ejusd.* Diss. d. Ach. p. 36. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 255.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in apricis aridis, ad vias et vinearum muros satis frequens.

Caulis sesqui-et 2-pedalis, erectus, strictus, angulatus, striatus, tomentoso-incanus, parum ramosus, valde foliosus. *Folia* pubescentia, incana: *radicalia* petiolata 3-plicato-pinnatifida, *caulina* alterna sessilia amplexicaulia, immixtis *foliis* minoribus, bipinnatifida: *laciniis* linearibus planis pinnatifidis pectinatis; *incisuris* aequalibus lanceolatis acutiusculis integerrimis. *Flores* parvi, albidi, corymbosi. *Corymbus* ramosus, densissimus, congestus, compositus, multiflorus. *Calyx* ovatus, flavescens, leviter pubescens. *Flosculi radii* 5 subrotundo-ovati, 3-dentati.

Plan-

Planta fragrantior ac magis aromatica et amara, quam praecedens.

4) *A. setacea* foliis bipinnatis: foliolis lineari-setaceis mucronulatis confertissimis erectis pilosis, corymbo composito fastigiato. *Borstenblaettrige Garbe.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 2212. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Spreng.* Hal. p. 243. *Kitaib.* et *Waldst.* Icon. et descript. pl. rarior. Hungar. p. 82. t. 80.)

A. odorata Willd. Diss. d. Achill. p. 42. *Hoffm.* Germ. p. 163. *Leyss.* Fl. hal. n. 878. *Roth.* Germ. I. p. 369. III. p. 358. *Jacq.* Collect. I. t. 21.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in siccis apricis. (In rupestribus circa *arcem Marienburg* invenit *cl. D. Kuster.* In siccis apricis prope *Rimpar* et versus *der neuen Anlage* prope *Retzbach* rarissime.)

Caulis digitalis, palmaris, rarius altior, erectus, strictus, subangulatus, striatus, simplicissimus, tomento tenui caduco vestitus. *Folia* alterna, lineari-lanceolata, pilis albicantibus obsita, bipinnata: *pinnis* pinnatis; *pinnulis* lanceolatis mucronulatis fere imbricatis, *infima* longius petiolata, *reliqua* sessilia. *Flores* parvi, albi, corymbosi. *Corymbus* densus, ramosus, multiflorus, fastigiatus. *Calyx* hemisphaericus, flavo-virescens. *Flosculi radii* 5 oblongi, obsolete 3-dentati.

Herba imprimis digitis trita odorem spirat grate aromaticum.

383. Buphthalmum, *Rindsauge.*

1) *B. salicifolium* foliis alternis lanceolatis sub-

subserratis calycibusque subvillosis. *Weidenblaettriges Rindsauge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2234. *Pers.* syn. pl. II. p. 474. *Hoffm.* Germ. II. p. 163. *De Vest* M. b. p. 221. *Jacq.* Austr. t. 370.)

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in collibus sterilibus. (In saxosis et collibus prope *Gerbrunn, Aub, Hassfurth* et alibi raro.)

Caules e radice ramosa fibrosa fusca plures, 1-2-pedales et altiores, erecti, sulcati, glabriusculi, simplices. *Folia* alterna, lanceolata, villosiuscula, rariter dentata; *radicalia* petiolata obtusa, *caulina* sessilia amplexicaulia acuminata. *Flos* terminalis plerumque unicus, magnus, speciosus, luteus, concolor. *Calyx* hirsutus, patens. *Flosculi radii* patentissimi, obsolete 5-dentati.

Frustranea.

384. HELIANTHUS, *Sonnenblume, Sonnenrose.*

H. annuus foliis cordatis 3-nervatis, floribus cernuis. *Einjaehrige Sonnenbl. grosse indianische Sommerrose, Sommerblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2237. *Ejusd.* Enum. p. 919. *Pers.* syn. pl. II. p. 475. *Knorr.* thes. I. t. S. 1.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in Peru et Mexico. (Colitur in hortis et in vineis hinc inde copiose.)

Radix annua, ramosa, fibrosa. *Caulis* 6-8 pedalis, erec-

erectus, firmus, crassus. *Folia* alterna, ampla, cordata, 3-nervata: *petiolis* praelongis crassis. *Pedunculi* sulcato-striati, sub calyce incrassati. *Flores* maximi: *disco* fusco, *radio* aureo.

In hortis variat *floribus* plenis et *radio* sulphureo.

2) *H. tuberosus* foliis cordato-ovatis triplinerviis, floribus erectis. *Knollentragende Sonnenbl. Erdbirne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2239. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c.)

Perenn. Flor. Augusto-Octobri.

Hab. in Brasilia. (In hortis et vineis colitur passim.)

Radix perennis, tuberosa. *Caulis* 5-8-pedalis et major, erectus. *Folia* alterna, integra, triplinervia, scabra: *radicalia* cordato-ovata, *superiora* ovata acuminata. *Petioli* basi ciliati. *Flores* quam in praecedente multo minores, toti lutei, erecti.

Radix esculenta, subdulcis.

Planta tardissime, et nonnisi tempestate autumnali maxime favente florens.

385. Centaurea, *Flockenblume.*

1) *C. phrygia* calycibus recurvato-plumosis, foliis oblongis indivisis scabris mucronato-serrulatis. *Phrygische Flockenbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2282. *Ejusd.* Enum. p. 925. *Pers.* syn. pl. II. p. 482. *Hoffm.* Germ. II. p. 164. *De Vest* M. b. p. 222.)

Cyanus phrygia Moench. Meth. supplem. p. 228. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 173.

Perenn.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (In sylvaticis montanis inter *Kleinochsenfurth* et *den erlacher Seen.* In *sylva stettensi* et in nemorosis circa *Grossenlangheim* copiose, alibique.)

Caulis sesqui-et 2-pedalis, erectus, angulatus, hirsutus, scaber, *superne* ramosus: *ramis* 1-floris. *Folia* firma, scabra, alterna, ovato-oblonga, margine spinuloso-denticulata retrorsum scabra: *radicalia* et *infima caulis* petiolata, *reliqua* sessilia amplexicaulia, *suprema* sensim minora. *Flores* terminales, solitarii, erecti, majusculi, purpurei, ramis superne paulo incrassatis insidentes. *Phylla* imbricata, lanceolata, *aristis* duplicato-ciliatis plumosis recurvis fuscis elegantissimis terminata.

Variat rarissime *floribus* albis et *caule* 1-floro.

2) *C. nigra* calycibus ciliatis, squamis ovatis: ciliis capillaribus erectis, foliis infimis subsinuato-dentatis: superioribus ovatis. *Schwarzkelchige Flockenbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2287. *Ejusd.* Enum. p. 926. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Jacea nigra Moench. Meth. p. 565.

Perenn. bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis graminosis. (In iisdem cum praecedente locis, quacum solito confunditur. Praeterea etiam in sylvaticis prope *Gerolshofen, Roettingen, Waldaschach* et *Ebenhaussen* occurrit.)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, angulosus, scaber, ramosus. *Folia* alterna, lanceolata, dura, utrinque magis minusve scabra, margine denticulata retrorsum

sca-

scaberrima: *infima* petiolata sinuato-dentata *aut* integra, mox lyrato-angulata, *superiora* sessilia integriuscula sensim minora. *Flores* terminales, pedunculati, foliolis supremis quasi involucrati, purpurei: *flosculis omnibus* hermaphroditicis. *Calyx* globosus: *phyllis* linearibus *squama* ovata nigra ciliata terminatis, *ciliis* capillaribus erectis fuscis.

Similis quodammodo antecedenti et *Cent. Jaceae.* Ab hac vero: *phyllis* arctissime imbricatis: *squamis* nigris ciliis erectis nigris terminatis et *flosculis radii* non sterilibus, ab illa vero: *squamulis calycinis* ciliatis ovatis erecto-patentibus nec setaceis *aut* recurvis constanter differt.

3) *C. montana* squamis calycinis serratis, foliis glabriusculis lanceolatis integerrimis decurrentibus, caule simplici. *Berg-Flockenbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2290. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 483. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 371. *Herb. Bl.* t. 66.)

Cyanus montanus Moench. Meth. suppl. p. 228. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 174.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis montanis. (In sylvaticis prope *Essleben, Wipfeld, Kitzingen, Grossenlangheim, Erlach, Kissingen, Aschach* et *Bocklet.* Copiose in montanis sylvaticis *Rhoenae* e. gr. in monte *St. Crucis*, auf dem *Bauersberge* prope *Bischofsheim* et alibi.)

Caulis pedalis et altior, erectus, sulcato-striatus, glabriusculus *aut* villoso-tomentosus, simplex, 1-florus, rarius *ramo* uno alterove florifero auctus. *Folia* alterna, in caulem decurrentia, longa, ovali-lanceolata, integra, basin versus attenuata, scabriuscula, *subtus*

tus et *margine* albido-villosa. *Flos* terminalis, longe pedunculatus, magnus, speciosus: *flosculis disci* purpureis, *radii* praelongis profunde 4-partitis coeruleis. *Phylla* ovata, margine serrato-ciliata atrata.

Variat *floribus* albis.

4) *C. Cyanus* squamis calycinis serratis, foliis sessilibus linearibus integerrimis: infimis basi pinnatifidis. *Korn-Flockenbl. Kornblume, Roggenblume, Zachariasblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2291. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. p. 223. *Sturm.* D. Fl. I. 4. *Knorr.* thes. I. t. K. 4. 5. *Herb. Bl.* t. 270.)

Cyanus arvensis Moench. Meth. p. 561.

C. segetum G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 175.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris, in vineis et inter segetes ubique copiose.

Caulis sesqui-*aut* 2-pedalis et major, erectus, angulosus, ramosus, sublanatus. *Folia* alterna, sublanata, mollia, lineari-lanceolata: *infima* pinnatifida *aut* dentata, *reliqua* integerrima. *Flores* terminales, pedunculati, speciosi, cyanei, inodori. *Phylla* lanceolata, obtusa, serrata.

In hortis variationes praemultae: *floribus* albis, roseis, purpureis et variegatis existunt.

5) *C. Scabiosa* squamis calycinis pubescentibus ciliatis, foliis pinnatifidis scabriusculis: laciniis lanceolatis acutis basi pinnatifidis. *Kraetzkrautaehnliche Flockenbl. Eisenwurzel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 2296. *Ejusd.* Enum. p. 927.

Pers. syn. pl. p. 484. *Hoffm.* Germ. p. 165. *De Vest* M. b. l. c.)

Cyanus Scabiosa Moench. Meth. p. 562. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter p. 771.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in nemorosis montosis, in vineis, ad muros et ad vias fere ubique.

Caulis 2-3-pedalis et altior, erectus, angulatus, rigidus, pilosiusculus, parum ramosus. *Folia* rigidula, pinnatifida, plus minusve hirsuta, saturate viridia, longa; *radicalia* et *infima caulis* petiolata: *laciniis* laciniato-dentatis s. pinnatifidis, *superiora* alterna pinnatifida: *laciniis* integriusculis. *Flores* terminales, solitarii, longe pedunculati, magni, speciosi, plerumque purpurei, rarius albi. *Calyx* subglobous, arcte imbricatus: *squamis* ovatis obtusis apice et marginibus ciliatis, *ciliis* erectis atratis fuscis. *Receptaculum* concavum.

Variatio: *foliorum laciniis* perangustis iterum laciniatis in *monte Kalbensteinensi* prope *Karlenburg* crescit.

6) *C. Jacea* squamis calycinis ovatis apice laceris, foliis lanceolatis integerrimis: radicalibus subdentatis, ramis angulatis. *Gemeine Flockenbl. Jazeenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2303. *Ejusd.* Enum. p. 929. *Pers.* syn. pl. p. 485. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 224. *Sturm.* D. Fl. I. 4.)

Rhaponticum Jacea Scop. Carn. II. p. 135. *Moench.* Meth. p. 562.

Cyanus Jacea G. M. Sch. Fl. d. Wett. III. p. 172.

Jacea vulgaris Bernh. Erf. p. 158.

Perenn. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in pratis, in collibus, ad muros et vias ubique.

Caulis 1-2-pedalis et altior, erectus, durus, villosiusculus, cum *ramis alternis* angulatus. *Folia* lanceolata, acuminata, aspera, laete-*aut* incano-viridia: *radicalia* et *infima caulis* petiolata pinnatifida *aut* sinuato-dentata, *superiora* ac *ramea* sessilia semiamplexicaulia integerrima. *Flores* terminales, solitarii, purpurei. *Calyx* ovatus, nitidus: *squamis* ovato-lanceolatis obtusis aridis margine scariosis laceris fuscis *aut* nigricantibus. *Receptaculum* convexum.

Variat *caule* simplici 1-floro et decumbente, *floribus* albis, *foliis* lato-lanceolatis et angustis linearibus acutis.

7) *C. Calcitrapa* floribus sessilibus, calycibus duplicato-spinosis: spinis divaricatis calycem superantibus basi palmatis, foliis pinnatifidis dentatis. *Stern-Flockenbl. Strahlkopf, Sterndistel, Calcitrape.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2317. *Pers.* syn. pl. p. 486. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 225. *Sturm.* D. Fl. I. 4.)

Rhaponticum Calictrapa Scopol. Carn. p. 136.

Calcitrapa Hippophaestrum G. M. Sch. Fl. d. Wett. p. 178.

C. vulgaris Bernh. Erf. p. 158.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis in versuris. (In ruderatis et aggeribus *vor dem pleichacher Thore* versus *dem Wasserfall* ante aliquot annos copiose. In versuris prope *Ochsenfurth, Sulzdorf a. M.* et alibi hinc inde.)

Caulis 1-2 pedalis et major, erectus, teres, pilosiusculus ex viridi-albidus: *ramis copiosis alternis* divaricatis

va-

varicatis. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, glabra, pinnatifida: *laciniis* lanceolato-linearibus longis dentatis integrisve *spinula* mucronatis. *Flores* numerosi, terminales et laterales, solitarii, pallide purpurei, sessiles, foliis quasi involucrati. *Calyx* ovatus, rigidus: *squamis* spina calyce ipso triplo fere longiore albida pungente intus canaliculata et basi iterum spinulosa terminatis. *Semina* obovata, nitida, pappo destituta.

Variat *floribus* albis.

Necessaria.

386. Calendula, *Ringelblume.*

1) *C. arvensis* seminibus cymbiformibus muricatis incurvis: exterioribus lanceolato-subulatis dorso cristato-muricatis. *Acker-Ringelbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 2339. *Ejusd.* Enum. p. 934. *Pers.* syn. pl. II. p. 492. *Hoffm.* Germ. II. p. 166. *De Vest* M. bot. p. 227. *Schkuhr.* b. H. t. 265.)

Caltha arvensis Moench. Meth. p. 585.

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in arvis et inter segetes hinc inde perraro. (Inter segetes inter *Oberdürrbach* et *dem rothen Kreutze* eam invenit *cl. D. Lehmann*, et ego in agris et arvis prope *Bütthardt*, *Ingolstadt* et *Giebelstadt.*)

Caulis palmaris et altior, adscendens, angulosus, ramosus, scabriusculus. *Folia* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, cordato-ovata, acuminata, pubescentia, margine subsinuato-denticulata. *Flores* terminales, pedunculati, solitarii, citrini *aut* aurantiaci. *Se-*

mina dorso aculeata: *interiora* breviora cymbiformia incurva, *exteriora* elongata erecta protensa.

2) *C. officinalis* seminibus cymbiformibus muricatis omnibus incurvatis, intermediis sublanceolatis, exterioribus rotundatis sublaevibus. *Offizinelle Ringelbl. Ringelrose, Weckbrosame, Goldblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 2340. *Ejusd.* Enum. p. 935. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. b l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 8. *Knorr.* thes. I. t. R. 21. *Herb. Bl.* t. 106.)

Caltha officinalis Moench. Meth. l. c. *Scop.* Carn. II. p. 147.

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in hortis et in eorum ejectamentis hinc inde quasi sponte.

Differt a praecedente: *caule* altiore crassiore rigidiore, *foliis* latioribus spathulatis, *floribus* 3-plo majoribus: *flosculis radii* luteis, *disci* aurantiacis et *seminibus omnibus* incurvis cymbiformibus.

Odor *florum* peculiaris, subingratus.

In hortis *floribus* plenis et eleganter variegatis superbit.

CLAS-

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

387. ORCHIS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1367. *De Neck. el. b. n.* 1468. 1469. *Borkh. tent. n.* 637.

Cor. 5-petala: *petalo superiore* fornicato. *Labellum* basi subtus calcaratum. *Anthera* terminalis adnata.

388. OPHRYS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1369. *De Neck. el. b. n.* 1464. *Borkh. tent. n.* 640.

Cor. 5-petala subringens: *petalis* patentibus. *Labellum* e basi styli, ecalcaratum patens. *Anthera* terminalis adnata.

389. NEOTTIA.

De Neck. el. b. n. 1463.

Cor. 5-petala ringens: *petalis exterioribus* lateralibus antice circa basin labelli ventricosum connexis. *Anthera* stylo acuminato parallela, postice inserta.

390. EPIPACTIS.

De Neck. el. b. n. 1465. *Borkh. tent. n.* 641.

Cor.

Cor. 5-petala erecto-patens. *Labellum* ecalcaratum. *Anthera* opercularis persistens. *Pollen* pulvereo-granulatum.

391. Limodorum.

De Neck. el. b. n. 1467. *Borkh. tent. n.* 639. (*Epipog.*)

Cor. 5-petala subpatens. *Labellum* basi antice in cornu liberum productum. *Anthera* terminalis.

Diandria.

392. Cypripedium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1376. *De Neck. el. b. n.* 1471. *Borkh. tent. n.* 644.

Cor. 4-petala patens. *Labellum* ventricosum inflatum. *Stylus* superne lobo petaloideo appendiculatus.

Hexandria.

393. Aristolochia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1383. *De Neck. el. b. n.* 1440. *Borkh. tent. n.* 645.

Cal. o. *Cor.* 1-petala ligulata *basi* ventricosa. *Stigma* sessile 6-partitum *antheras* 6 sessiles sustinens. *Caps.* 6-locularis polysperma infera.

CLAS-

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

387. ORCHIS, *Ragwurz, Stendelwurz, Knabenkraut.*

Bulbis indivisis.

1) *O. bifolia* nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longissimo filiformi, petalis superioribus patentibus. *Zweiblaettrige Ragw. weisse wohlriechende Stendelblume, Bisamknabenkraut, Fliegenblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 10. *Ejusd.* Enum. p. 943. *Pers.* syn. pl. II. p. 503. *Hoffm.* Germ. II. p. 171. *De Vest* M. b. p. 242. *Herb. Bl.* t. 588.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemoribus ubique.

Bulbi 2 ovati, solidi, albi. *Caulis* pedalis et major, erectus, angulosus, glaberrimus, flavescente-viridis. *Folia* laete viridia, nervosa, integerrima glaberrimaque; *radicalia* bina ovata obtusa: *petiolis* dilatatis caulem amplectentibus, *caulina* alterna sessilia lanceolata cauli adpressa multo minora, fere stipulacea. *Spica* terminalis, longa, cylindrica, speciosa: *floribus* alternis sessilibus albis, mane praecipue et vespere odoratissimis. *Calcar* longissimum, filiforme, obtusum.

Variat *caule* majore et minore, *foliis* latioribus longi-

gi-

bribusque: *radicalibus* interdum tribus, *spica* pauciflora et *floribus* duplo fere minoribus.

Bulbi valde mucilaginosi.

2) *O. coriophora* nectarii labio 3-fido reflexo crenato: cornu brevissimo, petalis conniventibus. *Stinkende Ragw. Wanzen-Orchis, Bocksknabenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 16. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 172. *De Vest* M. b. p. 237. *Jacq.* Austr. t. 122.)

O. cimicina Crantz. Stirp. austr. p. 498.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis humidis et in nemorosis. (In pratis humidis prope *Darrstadt*, *Moos*, *Kleinrinderfeld*, *Stetten*, *Falkenstein* et *Marienburghaussen.* In sylvis *Guttenberg*, *Gramschatz* et *Kitzingen.* Im *Steigerwald*, in der *Altung* prope *Hirschfeld* et in *sylva brombergensi.* In sylvaticis prope *Kist*, *Waldbrunn*, *Waldaschach*, *Klosterhaussen* et alibi passim.)

Bulbi parvi, rotundi. *Caulis* palmaris *aut* pedalis, erectus, totus foliosus: *foliis* vaginantibus. *Spica* terminalis, 1-2-uncialis, erecta: *floribus junioribus* ex viridi rufescentibus, *demum* fuscis obscuris cymices redolentibus *bracteis* lanceolatis albidis interstinctis. *Labium* corollae *inferius* reflexum 3-fidum: *laciniis lateralibus* crenulatis, *intermedia* angustiore longiore integerrima. *Calcar* breve vix germinis longitudine, curvum, obtusum.

3) *O. Morio* nectarii labio 4-fido crenulato: cornu obtuso adscendente, petalis obtusis conniventibus. *Gemeine Ragw. Salepwurz, weibliches Knabenkraut, Pickelhering.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 18. *Ejusd.* Enum. p. 943. *Pers.*

Pers. syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 238. *Schkuhr.* b. H. t. 271.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis, in pascuis et in sylvaticis ubique.

Bulbi subrotundi. *Caulis* digitalis, palmaris et altior, erectus, teres, *superne* purpureus. *Folia* lanceolata, lineata, saturate viridia: *radicalia* congesta reflexa, *caulina* alterna erecta amplexicaulia. *Spica* terminalis, laxa, brevis, pauciflora. *Flores* plerumque purpurei, interdum albidi *aut* incarnati et versicolores, *bracteis* lanceolatis membranaceis coloratis germine longioribus interstincti. *Labium* corollae *inferius* crenulatum punctatum 3-fidum: *lacinia media* emarginata angustiore crenulata. *Calcar* adscendens, obtusum, longitudine germinis.

Variat *caule* ultra pedali et *bulbis* tribus.

4) *O. mascula* nectarii labio 4-lobo crenulato: cornu obtuso, petalis superioribus dorsalibus reflexis, interioribus conniventibus: omnibus acutis. *Salep-Ragw. echter Salep, maennliches Knabenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. p. 504. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 241. *Jacq.* Ic. pl. rar. t. 180. *Herb. Bl.* t. 53.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in pratis et in nemorosis montosis frequens.

A praecedente valde affini differt: *bulbis* semper majoribus, *caulibus* altioribus, *foliis* latioribus saepius maculatis, *spica* longiore magis laxa multiflora, *floribus* majoribus, *labio inferiore* longiore: *lacinia media* lateralibus multo longiore.

Bul-

Bulbi, uti in priori, maxime mucilaginosi *radicem Salap* imprimis suppeditant.

5) *O. ustulata* nectario 4-fido punctis scabro, cornu brevissimo obtuso antrorsum flexo, petalis distinctis. *Kleine Ragw. feinblüthiges Knabenkr. punktirte Stendelblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 20. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 173. *De Vest* M. b. p. 238. *Sturm.* D. Flor. I. 12.)

O. amoena Crantz. Stirp. austr. p. 490.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis humidis et sylvaticis, in nemorosis montosis et in caeduis passim non raro.

Bulbi ovato-subrotundi, parvi, albi. *Caulis* digitalis, palmaris et altior, erectus, teres striatus. *Folia* alterna, basi vaginantia, lanceolata, acuta, nervosa, immaculata: *inferiora* latiora patentia, *superiora* angustiora cauli fere adpressa et non raro circa eum convoluta. *Spica* densa, brevis, racemosa, obtusa, fusco-nigricans, *superne* quasi ustulata, *demum* laxa et elongata. *Flores* parvi, numerosi, nitidi, ex albido purpurascentes, *bracteis* lanceolatis coloratis germine brevioribus interstincti. *Labium inferius* 4-fidum, *supra* punctis elevatis pilosis purpureis pictum. *Calcar* brevissimum, rubellum.

6) *O. militaris* nectarii labello 5-fido punctis scabro: laciniis lateralibus linearibus, intermedia 2-loba obtusa denticulo interjecto, petalis acutis conniventibus, cornu recto germine breviore antrorsum flexo. *Helmartige Ragw. grosses Knabenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 22. *Ejusd.* Enum. p. 943. *Pers.*

Pers. syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 239. *Jacq.* Ic. pl. rar. t. 598)

O. cinerea Schrank. bajer. Fl. I. p. 241.

Zoophora rubella Bernh. Erf. p. 311.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis siccioribus, in collibus graminosis et in locis herbidis juxta sylvas, etiam in caeduis passim frequens.

Bulbi oblongo-rotundi. *Caulis* pedalis et major, foliosus. *Folia* vaginantia, lato-lanceolata, laete viridia, immaculata, *subtus* pallidiora nitida. *Spica* conica, acuta, speciosa, multiflora, densiuscula: *floribus* ex albido et cinereo purpurascentibus. *Bracteae* minutissimae, squamaeformes, saepe etiam nullae. *Labium* candidissimum, margine rubellum, *supra* pilis purpureis fasciculatis. praeditum.

Variat *corollis* carneis et albidis.

Bulbi, uti in prioribus, valde mucilaginosi *radicem* quoque *Salap* officinarum praebent.

Occurrit labii inferioris *lobo medio* lateralibus duplo fere longiore et parum longiore, *lobis lateralibus* magis divaricatis *aut* patentibus. (*Zooph. atropurpurea Bernh.* Erf. l. c.) An vero peculiarem speciem constituere mereatur, adhucdum dubito. In multis enim speciminibus vivis, quae anno praeterlapso summo studio examinavi, in variis ejusdem plantae floribus hance variationem pluries observavi.

7) *O. fusca* labello 3-partito punctato-scabro, laciniis lateralibus oblongis angustis subintegris, intermedia 2-partita denticulo interjecto: lacinulis latis oblique truncatis antice crenulatis, petalis superiori-

oribus acutis conniventibus, cornu brevissimo antrorsum flexo. *Braune Ragw.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 23. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. bot. p. 242. *Wib.* Werth. p. 78. *Jacq.* Austr. t. 307. *Hall.* stirp. helv. t. 31.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis, praecipue montosis fere ubique.

Praecedenti nimis affinis, sed differt: *caule* plerumque altiori saepe cubitali ac tenuiori, *foliis* longioribus latioribusque ovatis obtusis, *spica* multo longiore speciosiore cylindrica laxa, *bracteis* minutis semper praesentibus, *floribus* fere triplo majoribus saturate purpureis, et *galea* minori.

Petala 3 *superiora exteriora* lineis nigris et *extus* punctis atris picta, *interiora* 2 divergentia erecta pallidiora. *Labium* candidum margine rubellum, saepe totum rubellum, *supra* pilis fasciculatis purpurascentibus obsessum.

O. militar. δ *Linn.* potius ad antecedentem pertinet.

8) *O. variegata* labello 3-partito punctato laevi, laciniis oblongis obtusis: intermedia 2-fida serrata cum denticulo interjecto, cornu recto subulato germine duplo breviore, germine bracteas superante. *Bunte Ragw. Scheckiges Knabenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 21. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 239. *Jacq.* Ic. pl. rar. t. 599. *Hall. Rupp.* Fl. jen. t. 6.)
Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in pratis, ad margines sylvarum.

(Ad

(Ad margines *sylvae vitihoechheimensis*, *stettensis* et *gramschatzensis*. In graminosis *sylvae guttenbergicae* et *am Steigerwald* versus *dem michelauer Berg*. In pratis prope *Igersheim*, *Aub*, *Moos* et alibi passim.)

Bulbi subrotundi. *Caulis* palmaris et pedalis erectus. *Folia* vaginantia, lanceolata, acuta, striata, glauco-viridia. *Spica* densa, subrotunda, demum elongata. *Flores* rosei, purpureo-lineati, *bracteis* dilute carneis acutis germine brevioribus interstincti. *Petala* 5 erecta, cucullata, conniventia, *exteriora* 3 duplo fere longiora. *Labium inferius* 4-fidum: *lobis* non pilosis, sed *punctis* purpureis notatis apicem versus serrulatis, *lateralibus* oblongis, *intermediis* rotundatis. *Cornu* rectum, subulatum, germine brevius. *Antherae* virentes.

9) *O. hircina* labello 3-partito, laciniis lateralibus lineari-subulatis undulatis, media elongata lineari bifida germine triplo longiore, petalis conniventibus, cornu brevissimo conico scrotiformi. *Bocks-Ragw. Bocksgeilen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 28. *Crantz.* stirp. austr. p. 484. *Scop.* Carn. II p. 193. *Spreng.* Hal. p. 249.)

Satyrium hircinum Pers. syn. pl. p. 506. *Hoffm.* Germ. p. 175. *Roth.* Germ. I. p. 379. III. p. 393. *De Vest* Man. bot. p. 244. *Smith.* Brit. III. p. 927. *Jacq.* Austr. t. 367. *Hall.* stirp. helv. t. 25.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis. (In monte *Kalmut* specimen unicum legit *cl. Dr. Voit.*)

Bulbi oblongi, obtusi. *Caulis* sesquipedalis et major, teres, crassiusculus, foliosus. *Folia* alterna, vaginantia, lanceolata, patentia, laete viridia: *radicalia*

et

infima caulis multo longiora et latiora. *Spica* longa, laxa, speciosa, multiflora. *Flores* albidi rubro variegati, odorem fortem fere hircinum spargentes, *bracteis* albidis lineari-subulatis germine longioribus saepe convolutis interstincti. *Petala* 5 *superiora* conniventia ovata obtusa, *extus* albida, *intus* striis purpureis viridescentibus picta. *Labium inferius* 3-fidum: *laciniis* linearibus brevibus postice crispatis, *intermedia* longissima tortili albida maculis fuscis *aut* purpureis picta. *Cornu* simplex, crassum, obtusum. *Germen* viscidum.

B u l b i s   p a l m a t i s.

10) *O. l a t i f o l i a* bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico germen subaequante, labello 3-lobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus, caule fistuloso. *Breitblaettrige Ragw. rother Wiesenguguck, Bruchknabenkraut, Haendleinwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 943. *Pers.* syn. pl. p. 505. *Hoffm.* Germ. p. 174. *De Vest* Man. b. p. 242. *Sturm.* D. Fl. I. 7. *Herb. Bl.* t. 405. *Knorr.* thes. II. t. O. 4. f. 1. *Hall.* stirp. helv. t. 32.)

O. f i s t u l o s a Moench. Meth. p. 713.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

H a b. u b i q u e i n p r a t i s e t p a s c u i s h u m i d i s f r e q u e n s.

Bulbi crassi, albi, apice fibrosi, palmati: *lobis* subulatis rectis inaequalibus. *Caulis* 1-*aut* sesquipedalis, teres, fistulosus, *superne* angulatus foliosus et rubellus. *Folia radicalia* ovato-lanceolata acuta nervosa, *caulina* conformia vaginantia patentia parum minora. *Spica* ovata, densa, multiflora, *bracteis* flore du-

duplo longioribus comosa. *Flores* alterni, sessiles, purpurascentes. *Labium* subrotundum, sub-3-lobum *punctis* et *lineis* transversalibus undulatis saturatioribus pictum. *Cornu* rectum, obtusum, germine brevius.

Variat *foliis* majoribus et latioribus, maculatis et immaculatis.

11) *O. maculata* bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu cylindraceo recto germine breviore, labello 3-lobo plano, petalis dorsalibus patulis, bracteis flores subaequantibus, caule solido. *Gefleckte Ragw. Haendleinkraut-Weibchen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 31. *Ejusd.* Enum p. 944. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Hall.* stirp. helv. t. 32.)

O. solida Moench. Meth. l. c.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis depressis, inque pratis sylvaticis ubique.

Priori similis, sed differt: bulbi *lobis* longioribus magis divaricatis, *caule* solido, *foliis* parum angustioribus, *bracteis* multo minoribus, *floribus* rubris maculis purpureis pictis, *labio inferiore* plano profundius diviso: *laciniis lateralibus* nunquam reflexis, *intermedia* angustiore et *cornu* longiore.

Folia plerumque *maculis* fuscis *aut* nigris eleganter variegata.

Variat raro *floribus* albidis purpureo-maculatis.

12) *O. conopsea* bulbis palmatis, nectarii cornu filiformi longissimo, labello obtuse 3-lobo, petalis lateralibus patentissimis. *Stechfliegenartige Ragw. Wespenblume, schneckenartiges Knabenkr.*

(L.

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 32. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 175. *De Vest* M. b. p. 243. *Hall.* stirp. helv. t. 29.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pascuis et in sylvaticis.

Bulbi 2 subrotundi, *superne* fibris albis obsessi, palmati: *lobis* gracilibus obtusis. *Caulis* palmaris, pedalis et altior, *superne* sulcatus atque rubellus. *Folia* lanceolato-linearia, obtusa, vaginantia, laete viridia: *inferiora* patentia, *superiora* cauli adpressa. *Spica* tenuis, longa, cylindrica, laxa, multiflora. *Flores* parvi, dilute purpurei *aut* carnei, unicolores. *Bracteae* angustissimae, acutae, coloratae, flores subaequantes. *Labium inferius* 3-fidum: *lobis lateralibus* crenulatis, *intermedio* angustiore integro. *Cornu* praelongum, germen longe superans, tenue, flexuosum, purpurascens.

Odor *florum*, mane et vespere imprimis, pergratus, subcaryophyllaceus.

Variat rarius *floribus* albis.

388. Ophrys, *Augbraunenkraut.*

1) *O. Monorchis* scapo nudo, labello 3-partito: laciniis linearibus, lateralibus divaricatis, bracteis longitudine germinis. *Einknolliges Augbraunenkr. Bisam-Ophrys, Honigblume.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* IV. p. 61. *De Vest* M. b. p. 248. *Roth.* Germ. I. p. 382. III. p. 402. *Bernh.* Erf. p. 315. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 261. *Walth.* Flor. v. Giess. p. 657. *Smith.* Brit. III. p. 936.)

Satyrium monorchis Pers. syn. pl. II. p. 507.

Arachnites monorchis Hoffm. Germ. II. p. 179.

Or-

Orchis Monorchis Crantz. stirp. austr. p. 478. *Scop.* Carn. II. p. 195. *Schrank.* bajer. Fl. I. p. 236. *Perenn. Flor. Majo-Julio.*

Hab. in montosis graminosis, ad margines sylvarum. (In sylvaticis *des Sodenbergs* et in graminosis subhumidis *des Oelgrundes* hinc inde. In nemorosis *sylvae guttenbergicae,* in *sylva brombergensi* et in monte *Hassberg* versus *Oberlauringen.* Passim etiam in marginibus *der Waldskugel* et *sylvae stettensis* occurrit, alibique.)

Bulbus unicus, subrotundus, *superne* fibrosus. *Caulis* palmaris *aut* pedalis, teres, tenuis, subaphyllus. *Folia radicalia* plerumque 2, interdum 3, longa, lanceolata, acuminata, glaberrima. *Spica* elongata, pyramidalis, gracilis, densa, multiflora. *Flores* parvi, subobliqui, e flavo virentes, odorem gratissimum fere melleum spargentes. *Labium inferius* 3-fidum, cruciforme: *laciniis* perangustis linearibus.

Variat nonnunquam *bulbis* 2-3 et *folio* unico caulino.

2) *O. myodes* caule folioso, labello pubescente 3-partito, laciniis lateralibus lineari-lanceolatis, media oblonga 2-loba longiore, petalis patentibus: tribus exterioribus lanceolatis obtusis, binis interioribus linearibus brevissimis. *Fliegenartiges Augbraunenkr. Fliegen-Ophrys, Muckenblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 64. *Ejusd.* Enum. p. 944. *Pers.* syn. pl. p. 510. *De Vest* M. b. l. c. *Roth.* Germ. I. l. c. III. p. 404. *Wib.* Werth. p. 81. *Spreng.* Hal. p. 251. *Jacq.* Ic. pl. rar. t. 184. *Hall.* stirp. helv. t. 24.)

O. muscifera Smith. Brit. p. 937.

Arachnites musciflora Hoffm. Germ. p. 180.

Orchis Muscaria Scopol. Carn. p. 193. *Schrank.* bajer. Fl. p. 242.

Malaxis myodes Bernh. Erf. p. 315.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis. (In sylvis *Gramschatz, Waldskugel* et *Guttenberg.* In nemorosis inter *Versbach* et *Rimpar,* prope *dem wellriether Hof, Lengfurt, Wipfeld, Hirschfeld* et alibi.)

Bulbi 2 subrotundi, *alter* saepe abortivus. *Caulis* palmaris, rarius pedalis *aut* altior, firmus, glaber, *basi* foliosus. *Folia* 3-4 ovato-lanceolata, patentia. *Spica* recta, laxa, subsecunda. pauciflora. *Flores* sessiles, distantes, *bracteis* ovato-lanceolatis obtusis breviores, *musci* corpus quasi referentes. *Galea* aparta: *petalis* 3 *exterioribus* lanceolatis viridibus, *interioribus* 2 minoribus filiformibus fuscis. *Labium* pubescens, brunneo-purpureum, oblongum, planum, 3-lobum: *lobis lateralibus* angustis integris, *medio* latiore 3-lobo crenulato.

3) *O. apifera* caule folioso, labello villoso 3-lobo, lobis lateralibus oblongis, medio obovato elongato 3-lobo, lacinia terminali subulata recurvata, petalis patentibus: tribus exterioribus ellipticis obtusis, binis interioribus lanceolatis brevissimis. *Bienenblüthiges Augbraunenkr. Bienen-Ophrys, Bienenblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 66. *Pers.* syn. pl. l. c, *Smith.* Brit. p. 938.)

O. insectifera α Linn. sp. pl. 2. p. 1343.

Arachnites apifera Hoffm. Germ. l. c.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis sylvaticis. (In graminosis

sis *des Hassberges* versus *Nassach* et juxta *dem Steigerwald* prope *dem waldschwinner Hof* pauca collegi specimina. In montibus calcareis ad *Zell* orientem versus juxta *sylvam zellensem* quoque eam invenit *cl. Dr. Lehmann.*)

Affinis praecedenti, sed *caulis* altior et *folia* latiora. *Flores* majores, fere apiformes *bracteis* longioribus suffulti. *Petala* 3 *exteriora* albida s. dilute purpurea, lata, reflexa, margine viridiuscula. *Labium inferius* convexum, ventricosum, punctatum, villosum, 5-fidum: *lacinia media* subulata recurvata.

4) *O. arani fera* caule folioso, labello villoso cum lineis binis glabris 3-lobo, lobo medio obovato emarginato, petalis patentibus, tribus exterioribus oblongis obtusis, binis interioribus lanceolatis acutis brevioribus. *Spinnentragendes Augbraunenkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Smith.* Brit. p. 939.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in apricis sylvaticis. (In sylvaticis prope *dem Zabelstein* specimina 2 legi.)

A praecedente maxime affini: *caule* humiliori, *foliis* angustioribus et *floribus* subminoribus paucioribus differre videtur. *Labium inferius* praeterea subrotundum integrum emarginatum atque magis convexum.

5) *O. arachnites* caule folioso, labello villoso 3-lobo, lobo medio obovato apice brevissime 3-lobo, petalis patentibus, tribus exterioribus oblongis obtusis, binis interioribus lineari-lanceolatis brevissimis. *Spinnenblüthiges Augbraunenkr. Spinnenblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 67. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. p. 248. *Roth.* Germ. I. p. 382. III. p.

 405.

405. *Spreng.* Hal. p. 251. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter III. p. 262. *Hall.* stirp. helv. t. 24. f. 2.)

O. insectifera η. *Linn.* sp. pl. p. 1343.

O. fuciflora Moench. Meth. supplem. p. 311.

Orchis Arachnites Scop. Carn. p. 194.

Arachnites fuciflora Hoffm. Germ. p. 180.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis montosis. (In nemorosis *des Sodenberges* et prope *dem Klaushügel* ad *Klosterhaussen* plantas aliquot vidi.)

Etiam haec species praecedentibus 2 maxime affinis et facillime cum iis confundi potest. *Caulis* interea crassior et basi *foliis pluribus* praeditus. *Flores* majores *fuculum* quasi repraesentant aut *araneam. Labium inferius* subrotundum obtusum emarginatum cum *appendicula* in medio serrata, sericeo-pubescens e fusco spadiceum adbasin *tumoribus* 2 gibbis villosis fuscis notatum.

389. Neottia, *Nestblume.*

1) *N. spiralis* foliis radicalibus oblongis subsessilibus, spica tortili, floribus secundis, labio ovato. *Spiralfoermige, gewundene Nestbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 73 *Pers.* syn. pl. II. p. 510. *Spreng.* Hal. p. 251. *Schweigg.* et *Koert.* Fl. erl p. 97. *Hall.* stirp. helv. t. 38.)

Ophrys spiralis Linn. sp. pl. p. 1340. *De Vest* M. b. p. 246. *Crantz.* stirp. austr. p. 473. *Roth.* Germ. I. p. 381. III. p. 399. *Sturm.* D. Fl. I 12. *Moench.* Meth. p. 714. *Smith.* Brit. III. p. 934. *Wib.* Werth. p. 80. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 259.

Sa-

Satyrium spirale Hoffm. Germ. II. p. 177.

Epipactis spiralis Schrank bajer. Fl. I. p. 248.

Helleborine spiralis Bernh. Erf. p. 316.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab in sylvarum locis graminosis. (In sylvis *Gramschatz*, *Guttenberg*, *Waldskugel*, prope *Kitzingen*, *Grossenlangheim*, *Gerolshofen*, *Hilters* et alibi passim non raro.)

Bulbi plures fasciculati, albidi, oblongi, acuminati, inaequali longi. *Caulis* palmaris, erectus, teres, *inferne* glaber, *superne* pubescens: *squamis* foliaceis vaginantibus pubescentibus vestitus. *Folia* radicalia ovato-lanceolata, petiolata, glabra, ad terram plerumque decumbentia. *Spica* longa, linearis, gracilis, secunda, multiflora: *florum serie* spirali. *Flores* odorati, sessiles, parvi, albidi, *bracteis* inflexis lanceolatis concavis extus pubescentibus aequales.

Variat *caule* pedali.

2) *N. repens* foliis radicalibus ovatis petiolatis reticulatis, caule vaginato floribusque secundis pubescentibus, labello petalisque lanceolatis. *Kriechende Nestbl. Geilwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 75. *Ejusd.* Enum. p. 944. *Pers.* syn. pl. p. 511. *Rebent.* Neom. p. 3. *Hall.* stirp. helv. t. 22.)

Satyrium repens Hoffm. Germ. p. 176. *Roth.* Germ. I. p. 380. III. p. 396. *De Vest* M. b. p. 245. *Smith.* Brit. p. 930. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 256. *Schkuhr.* b. H. t. 272. *Jacq.* Austr. t. 369. *Lightfoot.* Fl. scot. I. p. 520. t. 22.

Epipactis repens Schrank. bajer. Fl. I. p. 248.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab.

Hab. in sylvaticis montanis. (In montosis nemorosis inter *Kleinochsenfurth* et *den erlacher Seen.* In locis abruptis graminosis *der Waldskugel*, in sylva ad *Waldbüttelbronn* et in *sylva stettensi* passim. In sylvaticis montosis prope *Kissingen, Waldaschach,* in *monte münnerstadtiano* prope *Bocklet* et in sylvaticis versus *Schmalwasser.* In sylvaticis montosis *Rhoenae* e gr. in *montibus* sic dictis *nigris* et in monte *Auersperg*, alibique.)

Radix bulbosa, carnosa, repens. *Caulis* palmaris et major, erectus, teres, *inferne* foliosus glaber, *superne* pubescens aphyllus. *Folia radicalia* et *caulina infima* in petiolum decurrentia, ovata, obtusa, multinervia, glabra, nigro - et albo - maculata, *caulina* linearia, lingulata, acuta, cauli adpressa, vaginantia. *Spica* fere digitalis, densa, secunda, gracilis, multiflora. *Flores* parvi, albidi. *Bracteae* lanceolatae, floribus breviores. *Petala* 5 conglutinata *villis* apice glanduliferis hirsuta. *Nectarii labrum* basi saccatum, scrotiforme.

390. EPIPACTIS, *Sumpfwurz.*

1) *E. latifolia* foliis ovatis amplexicaulibus, bracteis inferioribus floribus pendulis longioribus, labello integerrimo acuminato petalis breviore, germinibus pubescentibus. *Breitblaettrige Sumpfw. Wiesendingel, Zymbelblume.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 83. *Ejusd.* Enum. p. 944. *Spreng.* Hal. p. 252. *Rebent.* Neom. p. 3. *Hall.* stirp. helv. t. 40.)

E. Helleborine Crantz. stirp. austr. fasc. 6. p. 467. t. 1. f. 6. c.

Serapias latifolia Pers. syn. pl. II. p. 512. *Hoffm.*

Hoffm. Germ. II. p. 181. *De Vest* M. b. p. 249. *Roth.* Germ. I. p. 382. III. p. 406. *Smith.* Brit. III. p 942. *Scop.* Carn. II. p. 203. *Wib* Werth. p. 81. *Schrank.* bajer. Fl. I. p. 251. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 264. *Bernh.* Erf. p. 315.

Helleborine latifolia Moench. Meth. supplem. p. 311.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis fere ubique frequens.

Radix repens, e fibris simplicibus carnosis composita. *Caulis* pedalis *aut* sesquipedalis, erectus, firmus, scabriusculus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, ovato-lanceolata, lata, firma, nervosa, glabra, margine scabra: *superiora* angustiora acutiora. *Racemus* longus, multiflorus, rectus. *Flores* plerumque secundi, pedunculati, penduli, suaveolentes. *Bracteae* lanceolatae, reflexae: *inferiores* floribus longiores. *Petala* 5 *superiora* ovato-lanceolata, virescenti-albida *extus* pubescentia, *labium inferius* brevius cordiforme albidum, *demum* carneum et fusco-purpureum, postice in *nectarium* cymbiforme concolor productum.

2) *E. palustris* foliis lanceolatis amplexicaulibus, bracteis floribus pendulis brevioribus, labello crenato obtuso petalis aequali, germinibus pubescentibus. *Gemeine Sumpfw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 84. *Ejusd.* Enum. p. 945. *Scop.* Carn. p. 204. *Spreng.* Hal. p. 252. *Rebent.* Neom. p. 4. *Crantz.* stirp. austr. fasc. 6. t. 1. f. 5.)

Serapias longifolia Hoffm. Germ. p. 182. *Roth.* Germ. I. p. 382. III. p. 407. *De Vest* M. b. l. c. *Wib.* Werth. p. 81. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III.

III. p. 265. *Schkuhr.* b H. t. 274. *Sturm.* D. Fl. I. 13. *Hall.* stirp. helv. t. 39.

S. palustris Pers. syn. pl. p. 513.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis humidiusculis graminosis. (In sylvaticis et nemorosis ad *Mühlhaussen*, *Erlach*, *Ochsenfurth*, *Kitzingen* et *Grossenlangheim*. In locis depressis *der Waldskugel*, in sylvis *Guttenberg* et *Gramschatz*, in der *Altung* prope *Hirschfeld*, in pratis humidis et in sylvaticis circa *Abb. Heidenfeld*, im *Steigerwald*, in multis *sylvis rhoenanis* et alibi saepe copiose.)

A praecedente simillima distinquitur: *radice* maxime reptante, *caule* humiliore crassiore *inferne* squamis purpurascentibus vaginantibus vestito, *foliis* longioribus, sed angustioribus, ensiformibus, margine non scabris, *floribus* quidem paucioribus, sed duplo fere majoribus speciosioribus in *racemum* ampliorem atque laxiorem dispositis, *pedunculis* longioribus recurvis: *fructiferis* reflexis, *bracteis* latioribus: *inferioribus* flores aequantibus, *superioribus* iis brevioribus, *foliolis calycinis* 2 *inferioribus* et *superiore medio* rubris albo-marginatis, *lateralibus* striis purpureis notatis, *labello* intus luteo purpureo-striato, et *germine* fere unciali subcylindrico.

3) *E. pallens* foliis oblongo-lanceolatis sessilibus, bracteis floribus erectis longioribus, labello obtuso petalis breviore, germinibus glabris. *Blassgelbe Sumpfw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 85. *Ejusd.* Enum. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *Schweigg.* et *Koerte* Fl. erl. p. 98. *Hall.* stirp. helv. t. 41.)

Se-

Serapias Lonchophyllum Linn. suppl. 405. *Schrank.* baj. Fl. p. 252.

S grandiflora Pers. syn. pl. l. c. *Smith.* Brit. p. 944. *Scop.* Carn. II p. 203.

S. lancifolia Murr. Linn. syst. veg. p. 815. *Hoffm.* Germ. p. 183. *Roth.* Germ. I. p. 383. III. p. 409. *De Vest* M. b. p. 250. *Gmel.* Bad. III. p. 572. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 266. *Bernh.* Erf. p. 316.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in omnibus fere sylvis montosis.

Radix fibrosa, repens. *Caulis* pedalis et altior, glaber. *Folia* amplexicaulia, nervosa, oblongo-s. ovato-lanceolata: *inferiora* magis ovalia utrinque attenuata. *Racemus* laxus, pauciflorus. *Bracteae infimae* maximae flores superantes foliis similes, *superiores* angustiores longitudine florum. *Flores* magni, erecti, ex pallide luteo-albidi: *labio inferiore* apice saturatius luteo.

4) *E. ensifolia* foliis lanceolatis acuminatis distichis, bracteis subulatis minutissimis, floribus erectis, labello obtuso petalis duplo breviore, germinibus glabris. *Schwerdtblaettrige Sumpfw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Spreng.* Hal. l. c.)

Serapias ensifolia Pers. syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. I. l. c. III. p. 408. *De Vest* M. b. l. c. *Smith.* Brit p. 945. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. l. c. *Bernh.* Erf. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 274.

S. Xyphophyllum Linn. suppl. pl. p. 404.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. cum praecedente.

Differt ab antecedente maxime affini: *foliis* distichis

chis angustioribus, sed longioribus lineari - ensiformibus, *floribus* in *racemo minus laxo* pluribus erectiusculis minoribus totis albis et *bracteis* minutissimis linearibus.

5) *E. rubra* foliis lanceolatis, bracteis germine glabro longioribus, floribus erectis, labello acuto lineis elevatis undulatis. *Rothe Sumpfw.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p 86. *Spreng.* Hal. l. c. *Rebent* Neom. p. 4. *Schweigg.* et *Koerte* Fl. erl. p. 98. *Hall.* stirp. helv. t. 42.)

Serapias rubra Linn. syst. veg. p 815. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. I. l. c. III. p. 410. *De Vest* M. b. l. c. *Smith.* Brit. p. 946. *Wib.* Werth. l. c. *Schrank.* baj. Fl. p. 251. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. p. 267. *Bernh.* Erf. l. c.
Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis montosis. (In sylvis *Gramschatz, Kitzingen, Guttenberg, Irtenberg* et *Waldskugel.* In sylvis prope *Uettingen* et alibi non raro.)

Radicis *fibrae* longae, filiformes, carnosae. *Caulis* pedalis, glaber *aut* pubescens. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, angusta, lanceolata, acuminata. *Racemus* pauciflorus: *floribus* 4-9 erectis magnis dilute purpureis s. incarnatis. *Bracteae* ovatae, germina superantes.

6) E. *Nidus avis* caule aphyllo vaginato, labello obcordato petalis obtusis duplo longiore. *Nackte Sumpfw. Vogelnest, Vogelwurz, Wurmwurz, Waldknabenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 87. *Pers* syn. pl. p. 513. *Spreng.* Hal. p. 253. *Schrank.* bajer. Fl. I. p. 247. *Schw.* et *Koert.* Fl. erl. l. c. *Crantz.* stirp. austr. p. 475.)

O-

Ophrys Nidus avis Linn. sp. pl. 2. p. 1339. *Hoffm.* Germ. p. 178. *Roth.* Germ. I. p. 380. III. p. 397. *De Vest* M. b. p. 346. *Smith.* Brit. p. 931. *Scop.* Carn. p. 206. *Wib.* Werth. p. 80. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 257.

Malaxis nidus avis Bernh. Erf. p. 314.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis ad arborum radices hinc inde frequens.

Planta tota fusca, *demum* fusco-nigricans. *Radix* lateralis e *fibris* numerosis teretibus *nidi avis* adinstar densissime fasciculatis. *Caulis* palmaris, pedalis et altior, erectus, crassiusculus, carnosus, subsulcatus, glaber, *squamis* vaginantibus siccis alternis concoloribus vestitus. *Folia* nulla. *Spica* longa, cylindrica, obtusa, multiflora, *inferne* laxa, *superne* densa. *Flores* pedunculati, *bracteis* lanceolatis pedunculis longioribus interstincti. *Petala* patentiuscula, concava. *Nectarium* dependens, *antice* elongatum, 2-lobum: *lobis* divaricatis basi unidentatis.

7) *E. ovata* caule bifolio, foliis oppositis ovatis, labello 2-fido lineari petalis obtusis triplo longiore. *Eyblaettrige Sumpfw. Zweiblaettrige Sumpfw. Sumpf-Zweiblatt.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Spreng.* Hal. l. c. *Rebent.* Neom. p. 4. *Crantz.* stirp. austr. p. 473. *Schrank.* baj. Fl. p. 248. *Schw.* et *Koert.* Fl. erl. l. c.)

Ophrys ovata Linn. sp. pl. 2. p. 1340. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 381. III. p. 400. *De Vest* Man. b. l. c. *Smith.* Brit. p. 932. *Scop.* Carn. l. c. *Wib.* Werth. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 258. *Schkuhr.* b. H. t. 273.

Ma-

Malaxis ovata Bernh. Erf. p. 315.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis umbrosis ubique.

Planta tota virens. *Radix* e fibris numerosis cylindricis contortis composita. *Caulis* pedalis *aut* sesquipedalis, erectus, teres, pubescens, infra medium *foliis* 2 oppositis sessilibus latis ovatis obtusis nervosis praeditus, coeterum aphyllus. *Spica* elongata, gracilis, laxa, multiflora. *Flores* pedunculati, virides, *bracteis* exiguis latis aristatis interstincti. *Labium inferius* descendens, 2-lobum: *lobis* rectis.

391. Limodorum, *Dingel.*

1) *L. Epipogium* floribus pendulis resupinatis, labello 3-lobo concavo, cornu adscendente ovato. *Saftiger Ding. durchsichtige Bocksgeilen.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 129.)

Satyrium Epipogium Linn. sp. pl. 2. p. 1338. *Pers.* syn. pl. II. p. 507. *Hoffm.* Germ. II. p. 177. *Roth.* Germ. I. p. 38?. III. p. 396. *De Vest* Man. b. p. 245. *Jacq.* Austr t. 84. *Sturm.* D. Fl. I. 18.

Epipactis Epipogium Crantz. stirp. austr. p. 477.

Perenn. Flor. Julio.

Hab. in nemorosis umbrosis. (In densissimis fagineis *des Steigerwaldes* versus *Ebrach* specimen unicum legi.)

Radix brevis, ramosa, carnosa, compressa, fere dentata, fusco-lutea. *Scapus* ultra palmaris, erectus, teres, tenuis, debilis, succulentus, viscosus, fere diaphanus, dilute sordide flavescens, *squamis* membranaceis vaginantibus truncatis reticulatis fuscis vestitus,

tus, *basi* tumidus nudus. *Racemus* laxus, simplex, 4-5-florus. *Flores* majusculi, penduli, secundi, resupinati, sordide albido-lutei, *bracteis* magnis ovato-lanceolatis interstincti. *Petala* 5 *superiora* ovato-lanceolata, patentia, punctis purpureis margine obsessa: *exteriora* 2 angustiora breviora, *interiora* 2 latiora, *intermedium* brevissimum. *Labium inferius* ovatum, integrum, lineis pilosis ad latera pictum, utrinque *processum* sursum erectum exserens. *Antherae* in foveis sessiles, basi caudatae.

D i a n d r i a.

392. CYPRIPEDIUM, *Frauenschuh.*

1) *C. Calceolus* radicibus fibrosis, foliis ovato-lanceolatis caulinis. *Wahrer Frauensch. Marienschuh, Venusschuh, Pfaffenschuh, Goldbeutel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 142. *Ejusd.* Enum. p. 947. *Pers.* syn. pl II p. 525. *Hoffm.* Germ. II. p. 184. *De Vest* Man. b. p. 251. *Sturm.* D. Fl. I. 8. *Schkuhr.* b. H. t. 275. *Knorr.* thes. I. t. M. 2.)

Calceolus marianus Moench. Meth. p. 715.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis. (In *foresto mühlhussano* copiosissime. Passim praeterea in nemorosis prope *Versbach* sinistrorsum versus *Rimpar*, in der *Waldskugel*, in sylvis *Gramschatz* et *Guttenberg*, im *Huck* prope *Wipfeld* versus *Klingenstein*, in nemorosis utrinque inter *Kleinochsenfurth* et *lacus erlaccenses*, im *Steigerwald* prope *Gerolshofen, Schleichach, Michelau* et versus *Capellam st. Magdalenae.* In sylvaticis prope *Abb. Heidenfeld*, in *sylva brombergensi* et alibi rarius.)

Ra-

Radix longa, teres, horizontaliter repens, *fibras* plurimas filiformes emittens. *Caulis* palmaris, pedalis et major, erectus, teres, simplicissimus, glaber *aut* parum pubescens, foliosus, plerumque 1-saepe etiam 2-florus. *Folia* alterna, sessilia, basi vaginantia amplexicaulia, lata, ovato-lanceolata, integerrima, *subtus* praecipue nervis validis hirsutis percussa: *superiora* angustiora et magis acuminata. *Flos* terminalis, pedunculatus, magnus, pulcherrimus, antrorsum nutans, *folio summo* lato-lanceolato bracteatus. *Petala* 4 patentissima, magna, vaga, purpurea: *superius* et *inferius* ovato-lanceolatum planum, *lateralia* 2 lineari-lanceolata undulata. *Labium inferius* amplissimum, ventricoso-inflatum: *ore* paululum contracto, *calceum ligneum* aut *naviculam* repraesentans, flavum, punctis et lineis pilosis intus pictum.

Planta elegantissima, inodora, habitu peculiari.

Hexandria.

393. Aristolochia, *Osterluzey*, *Osterkraut.*

1) *A. Clematitis* foliis subrotundo-cordatis petiolatis, pedunculis 1-floris axillaribus aggregatis. *Gemeine Osterl. Weinblaettlein.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 163. *Ejusd.* Enum. p. 948. *Pers.* syn. pl. II. p. 527. *Hoffm.* Germ. II. p. 184. *De Vest* M. b. p. 577. *Schkuhr.* b. H. t. 276. *Sturm.* D. Fl. I. 6. *Herb. Bl.* t. 255. *Knorr.* thes. II. t. A. 15.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in vineis, juxta eas et ad agros passim copiose.

Ra-

Radix longa, tenuis, teretiuscula, profunde descendens, *extus* lutescens, *intus* albida. *Caulis* 1-2-3-pedalis et altior, erectus, simplex, teres, striatus, glaber, subflexuosus, laete viridis. *Folia* alterna, longe petiolata, subrotundo-cordata, obtusiuscula, integerrima glaberrimaque, venosa: *venis* pedato-ramosis. *Pedunculi* axillares, conferti, 1-flori, simplices, ebracteati. *Corollae* luteo-virescentes, *basi* globosae, *medio* contractae, *apice* hiantes: *labio* oblongo elongato.

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

394. Zannichellia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1391. *De Neck. el. b. n.* 1671. *Borkh. tent. n.* 41.

Masc. *Cal* et. *cor.* 0. *Anthera* ovata spadici unilaterali inserta.

Foem. *Cal.* 1-phyllus campanulatus. *Germina* 4-5 pedicellata. *Stigmata* peltata.

395. Chara.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1397. *De Neck. el. b. n.* 1677. *Borkh. tent. n.* 150.

Masc. *Cal.* et *cor.* 0. *Anthera* globosa sessilis.

Foem.

Foem. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 5-fidum sessile. *Bacca* 1-locularis polysperma spiraliter striata.

Triandria.

396. Amaranthus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1431. *De Neck. el. b. n.* 878. *Borkh. tent. n.* 95.

Cal. 3-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Caps.* circumscissa 1-locularis 1-sperma 3-rostris horizontaliter dehiscens.

397. Sparganium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1402. *De Neck. el. b. n.* 1637. *Borkh. tent. n.* 251.

Masc. *Amentum* globosum. *Flores* squamis truncatis interstincti. *Cal.* 3-phyllus inferus. *Cor.* o. Stamina 3.

Foem. *Ament.* ut in mare. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Stigm.* 2-fidum. *Drupa* exsucca 1-2-sperma.

398. Typha.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1401. *De Neck. el. b. n.* 1636. *Borkh. tent. n.* 242.

Amentum cylindricum erectum, *superne* masculum, *inferne* foemineum.

Mas. *Cal.* obsoletus 3-phyllus inferus. *Cor.* o. *Antherae* subternae.

Foem. *Cal.* capillaris. *Cor.* o. *Sem.* 1 pedicellatum pappigerum.

399. Zea.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1403. *De Neck. el. b. n.* 1613. *Borkh. tent. n.* 214.

Spicae distinctae.

Masc. *Cal.* gluma 2-flora mutica. *Cor.* gluma mutica.

Foem. *Cal.* gluma 2-valvis inaequalis. *Cor.* glum. 2-valvis. *Stylus* 1 filiformis longissimus pendulus. *Sem.* solitaria receptaculo oblongo immersa.

400. Carex.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1407. *De Neck. el. b. n.* 1634. *Borkh. tent. n.* 240.

Flores amentacei ex squamis simplicibus glumaceis imbricatis.

Masc. *Ament.* subcylindricum. *Cal.* squama solitaria. *Cor.* o.

Foem. *Ament.* et *cal.* ut in mare. *Cor.* 1-petala ventricosa *apice* 2-dentata. *Stigmata* 2 aut 3. *Nux* triquetra corolla persistente inclusa.

Tetrandria.

401. Alnus.

Tournef. elem. d. Bot. p. 459. *t.* 359. *Gaertn. II. p.* 54. *t.* 90. *De Neck. el. b. n.* 1648. *Borkh. tent. n.* 246.

Flores amentacei.

Masc. *Amentum* julaceum. *Cal.* squama peltata 3-flora. *Cor.* rotata 4-partita. *Stam.* 4 aequalia.

Foem. *Amentum* strobilaceum ovato-globosum imbricatum: *squamis* suberosis 2-floris, *limbo* 4-lobo.

Cal. et *cor.* o. *Styli* 2 colorati. *Nux* angulato-compressa 2-locularis.

402. Urtica.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1422. *De Neck. el. b. n.* 925. *Borkh. tent. n.* 35.

Masc. *Cal.* 4-phyllus aequalis. *Cor.* o. *Stam.* 4 aequalia. *Nectar.* centrale cyathiforme.

Foem. *Cal.* 2-phyllus persistens: *foliolis* inaequalibus. *Cor.* o. *Stigma* sessile villosum. *Sem.* 1 nudum.

403. Morus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1424. *De Neck. el. b. n.* 1644. *(Morophorum.) Borkh. tent. n.* 252.

Flores amentacei.

Masc. *Amentum* cylindricum. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* o.

Foem. *Ament.* ovatum. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Ovarium* 1. *Styli* 2. *Calyces* baccati succulenti connati 1-spermi.

Pentandria.

404. Xanthium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1426. *De Neck. el. b. n.* 163. *Borkh. tent. n.* 506.

Masc. *Cal.* hemisphaericus imbricatus. *Recept.* conicum paleaceum. *Cor.* tubulosa 5-fida. *Stam.* in tubum connata: *antheris* liberis.

Foem. *Cal.* 2-phyllus 2-florus. *Cor.* o. *Stylus* unicus 2-fidus. *Drupa* sicca muricata 2-fida 2-locularis.

Polyandria.

405. Ceratophyllum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1439. *De Neck. el. b. n.* 1676. *Borkh. tent. n.* 11.

Masc. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Stamina* numerosa brevissima: *antheris* 3-cuspidatis.

Foem. *Cal.* 6-phyllus imbricatus. *Cor.* o. *Stigmata* elongata. *Nux* 1-sperma.

406. Myriophyllum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1440. *De Neck. el. b. n.* 1672. *Borkh. tent. n.* 152.

Masc. *Cal.* 4-fidus: *foliolis* inaequalibus. *Petala* 3-4 maxime caduca. *Stam.* circiter 8.

Foem. *Cal.* et *Cor.* ut in mare. *Germina* 4. *Stigmata* sessilia. *Sem.* 4. corticata.

407. Sagittaria.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1441. *De Neck. el. b. n.* 1111. *Borkh. tent. n.* 1.

Masc. *Cal.* 3-phyllus. *Petala* 3 subrotunda. *Stam.* plurima.

Foem. *Cal.* et *cor.* ut in mare. *Germina* plurima in capitulum congesta. *Sem.* plurima nuda imbricata.

408. Poterium.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1445. *De Neck. el. b. n.* 769. *Borkh. tent. n.* 421.

Masc. *Cal.* 4-partitus persistens: *laciniis* concavis. *Cor.* 4-fida. *Stam.* plurima.

Foem. *Cal.* et *cor.* maris. *Styli* 2. *Stigmata* plumosa. *Bacca* e tubo corollae indurato.

409. QUERCUS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1447. *De Neck. el. bot. n.* 1646. *Borkh. tent. n.* 255.

Masc. *Amentum* laxum. *Cal.* 5 - fidus. *Cor.* o. *Antherae* didymae.

Foem. *Flos* gemmiformis. *Involucrum* 1 - phyllum integerrimum. *Cal.* minimus superus integer. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Stigma* 3 - partitum. *Nux* (glans) ovata coriacea involucro persistenti indurato pelviformi insidens.

410. JUGLANS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1446. *De Neck. el. b. n.* 1645. *Borkh. tent. n.* 254.

Masc. *Amentum* cylindraceum imbricatum: *squamis* 1 - floris. *Cor.* 6 - partita

Foem. *Flores* congesti. *Cal.* campanulatus 4 - fidus superus in corticem fructus adolescens. *Cor.* 4 - fida marcescens. *Styli* 2 breves. *Stigm.* 2 reflexa. *Drupa* ovato - globosa coriacea 1 - sperma semi - 4 - locularis.

411. FAGUS.

L Gen. pl ed. Schr. n. 1448. *De Neck. el. b. n.* 1650. *Borkh. tent. n.* 258.

Masc. *Amentum* globosum e longo pedunculo pendulum. *Cal.* campanulatus 5 - 6 - fidus. *Cor.* o.

Foem. *Flores* ex gemma. *Involucrum commune* 2-florum 4 - fidum persistens muricatum. *Cal.* superus

6-

6-phyllus tomentosus. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Stigm.* 3 reflexa. *Capsula* ovato-globosa echinata 4-valvis ex *involucro* nata. *Nuces* 2 (saepe 1) triquetra coriacea.

412. Betula.

Tournef. elem. de Bot. p. 460. *t.* 360. *Gaertn. II. p.* 53. *t.* 90. *De Neck. el. b. n.* 1651. *Borkh. tent. n.* 245.

Masc. *Amentum* cylindricum longum imbricatum: *squamis* peltatis 3-floris ternatis; *media* majore *Cor.* o. *Stamina* squamae intermediae inserta.

Foem. *Ament* cylindricum imbricatum strobilaceum: *squamis* horizontalibus apice trilobis 2-3-floris. *Cor.* o. *Styli* 2 capillares. *Samara* obcordata 1-sperma: *loculo uno* per maturitatem abortiente.

413. Carpinus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1449. *De Neck. el. b. n.* 1651. *Borkh. tent. n.* 247.

Masc. *Amentum* juliforme: *squamis* ovatis ciliatis. *Cor.* o. *Antherae* apice ciliatae.

Foem. *Ament.* laxe imbricatum: *squamis* lanceolatis planis ciliatis 2-floris. *Cor.* 3-fida. *Styli* 2. *Nux* subovata compressa angulosa 1-locularis.

414. Corylus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1450. *De Neck. el. b. n.* 1647. *Borkh. tent. n.* 256.

Masc. *Ament.* cylindricum longum imbricatum: *squamis* 1-floris 3-fidis. *Cor.* o. *Stamina* 8.

Foem. *Flores* plures sessiles gemma inclusi. *Involucrum* 1-phyllum persistens *inferne* carnosum, *superne*

ne lacerum 2-labiatum. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Nux* ovata involucro coriaceo cincta.

415. PLATANUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schr. n. 1451. *De Neck. el. bot. n.* 1655. *Borkh. tent. n.* 244.

Masc. *Ament.* globosum ex meris *squamulis* linearibus ac *filamentis* antheriferis compositum. *Antherae* longae tetragonae a parte inferiore *filamento* circumnatae.

Foem. *Ament.* globosum ex *squamulis* brevissimis spathulatis pubescentibus, atque *ovariis* filiformibus *apice* globulose incrassatis et *stigmate* incurvo terminatis compositum. *Semina* clavata *stylo* mucronata *basi* papposa.

416. ARUM.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1387. *De Neck. el. b. n.* 1684. *Borkh. tent. n.* 260.

Flores spathacei. *Spatha* 1-phylla cucullata. *Spadix* clavatus *superne* nudus, *medio* staminifer, *inferne* germinifer. *Antherae* tetragonae sessiles. *Stigm.* simplicia villosa. *Bacca* globosa carnosa 1-locularis.

Monadelphia.

417. PINUS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1456. *De Neck. el. b. n.* 1660. -61.-62. *Borkh. tent. n.* 342.

Masc. *Ament.* conicum. *Cal.* squamaeformis 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* plurima. *Antherae* binae nudae.

Foem.

Foem. *Flores* strobilacei. *Cal.* squama 2-flora. *Cor.* o. *Stylus* 1. *Nux* ala membranacea excepta.

418. Cucumis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1479. *De Neck. el. bot. n.* 385. *Borkh. tent. n.* 634.

Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-fida. *Filamenta* 3.

Foem. *Cal.* et *cor.* ut in mare. *Stylus* unicus: *stigmatibus* 3. *Pepo* 3-locularis: *seminibus* margine aequali acuto.

419. Bryonia.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1480. *De Neck. el. b. n.* 394. *Borkh. tent. n.* 636.

Masc. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filament.* 3 brevissima.

Foem. *Cal.* et *cor.* ut in mare. *Styli* 3. *Bacca* infera globosa polysperma.

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

394. Zannichellia, *Zannichellie.*

1) *Z. palustris* anthera 4-loculari, stigmatibus integerrimis, seminibus curvatis dorso denticulatis. *Sumpf-Zannich.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 181. *Pers.* syn. pl. II. p. 529. *Hoffm.* Germ. II. p. 185. *De Vest* M. bot. p. 115. *Schkuhr.* b. H. t. 280.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad ripas paludosas, in fossis et aquis stagnantibus. (In fossis et ad lacus *fossae oppidanae,* in paludosis juxta *lacus erlaccenses*, in paludosis et ad lacus circa *Abb. Heidenfeld,* alibique.)

Radix e fibris copiosis tenuissimis. *Caules* tenues, filiformes, geniculati, radicantes, glabri, ramosissimi, ex albido virides. *Folia* opposita, linearia, acuminata, integerrima, perangusta, graminea, glabra. *Flores* axillares, minuti, nudi. *Stamen* capillare, longissimum. *Anthera* flava. *Germina* in flore foemineo plerumque 4 *stylo* persistente incurvo coronata.

Juxta *antheram* nudam albidam 4-locularem non raro *flos foemineus* ad marginem conspicuus. (*Gmel. Fl. bad. III. p.* 589.)

395. Chara, *Armleuchter.*

1) *Ch. vulgaris* caulibus ramulisque basi nudis, ramulis teretibus, articulis foliosis: foliolis oblongo-subulatis, bracteis bacca brevioribus. *Gemeiner Arml. Wasser-Schaftheu.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 183. *Ejusd.* Enum. p. 949. *Pers.* syn. pl. II. p. 530. *Hoffm.* Germ. II. p. 185. *De Vest* M. b. p. 114.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in aquis stagnantibus et lente fluentibus passim frequens.

Planta plerumque immersa, subfoetens, fragilis, crusta calcarea plerumque obducta et inde tuberculato-

lato-scabra. *Caules* varie longi, palmares, pedales et longiores, articulati, glabri, striati, in aquis natantes et in purioribus praecipue laete virides, extra aquam cinereo-albidi, *siccati* albidi fragilissimi. *Folia* verticillata, suboctona, teretia, acuta, rigida, *superne* canaliculata. *Flores* axillares, sessiles, nudi. *Semina* phoenicea.

2) *Ch. hispida* caulibus hispidis, ramulis scabris basi subfoliosis, foliis teretibus subulatis, bracteis bacca longioribus. *Steifborstiger Arml.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 185. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in fossis, in stagnis. (In *fossae oppidanae* stagno prope *Hydraulicam* et in fossis circa *Abb. Heidenfeld* plura collegi specimina.)

Differt ab antecedente: *caulibus* crassioribus spinulis copiosis obsessis, *foliis* magis obtusis quoque spinulosis et *bracteis* fructu longioribus.

Planta plerumque incrustata.

3) *Ch. tomentosa* caulibus spongiosis subhispidis, ramulis basi foliosis: foliis teretibus subulatis *Filziger Arml.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in stagnis. (In stagno prope *Gerolzhofen* et ad *Moenum* prope *Homburg* specimina pauca legi.)

Caules filiformes, longi, diffusi, albidi, striati, articulati, ramosi, *spinulis* brevissimis sparsis obsiti, *siccati* imprimis fragilissimi. *Rami* 6-8 verticillati, basi

si *foliis* paucis parvis tereti-subulatis cincti. *Fructus* phoeniceus.

4) *Ch. flexilis* caulibus diaphanis nudis, ramulis inarticulatis compressis cylindraceis aphyllis, baccis nudis diaphanis. *Biegsamer, dünner Arml.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 187. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 186. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 280.)

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in fossis, in stagnis. (In fossis et stagnis prope *Karlstadt* cum *cl. D. Geist*, etiam in *fossae oppidanae* stagnis plures vidi plantas.)

Caules tenues, filiformes, flexiles, glabri, laete virides, aphylli, diaphani, ramosi: *ramis* verticillatis compressis pellucidis *apice* plerumque 2-fidis.

5) *Ch. intricata* caulibus diaphanis nudis, ramis intricatis, verticillorum ramulis gracilescentibus apice integris. *Verworrener Arml.*

(*Roth.* Catal. bot. fasc. I. p. 125. *Hoffm.* Germ. l. c.)

Ann. Flor. Julio.

Hab. in aquis stagnantibus. (In pluribus stagnis prope *Abb. Heidenfeld* et in lacu *horti aulici vitihoechheimensis* eam inveni.)

Caulibus laevibus gracilioribus cum *ramis* apice non furcatis maxime plerumque intricatis a prioribus recedit.

Triandria.

396. AMARANTHUS, *Amaranth, Tausendschoen.*

1) *A. Blitum* glomerulis lateralibus, floribus 3-fidis,

fidis, foliis ovatis retusis, caule diffuso. *Wilder Amar. weisser Majer.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* IV. p. 387. *Ejusd.* Enum. p. 970 *Ejusd.* Hist. Amaranth. p. 22. *Pers.* syn. pl. II. p. 560. *Hoffm.* Germ. II. p. 249. *Wib.* Werth. p. 88. *De Vest* M. b. p. 135.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in cultis inter olera, et passim in vineis.

Caulis pedalis et longior, diffusus, adscendens, sulcatus, glaber, ramosus, viridis *aut* rubellus. *Folia* alterna, longe petiolata, ovata, obtusa, emarginata, integerrima, glabra, viridia, interdum subrubella *venis* albidis *aut* purpureis percussa. *Flores* conglomerati, sessiles, virides: *inferiores* axillares, *superiores* in spicam digesti. *Semina* splendentia, nigra.

397. Sparganium, *Igelskopf, Igelsknospe, Stachelkolbe.*

1) *Sp. ramosum* foliis basi triquetris lateribus concavis, caule ramoso. *Aestiger Igelsk. Degenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 199. *Ejusd.* Enum. p. 952. *Pers.* syn. pl. II. p. 533. *Hoffm.* Germ. II. p. 187. *Roth* Germ. III. p. 468. *De Vest* M. b. p. 116. *Schkuhr.* b H. t. 282.)

Sp. erectum Linn. sp. pl. p. 1378. *Roth.* Germ. I. p. 402. *Scop.* Carn. II. p. 215. *Moench.* Meth. p. 361.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad fossas, ad ripas et lacus hinc inde frequens.

Radix repens. *Caulis* 2-3-pedalis et major, erectus,

tus, teres, glaber, *superne* ramosus: *ramis* flexuosis nudis. *Folia* rigidula, striata, glabra: *radicalia* erecta *basi* triquetra lateribus concava *superne* ensiformia, *caulina* alterna amplexicaulia erecto-patentia abbreviata plana. *Flores* in capitula conglomerati, *squamis* erectis truncatis inflexis interstincti. *Capitula* alterna, sessilia: *superiora* mascula, *inferiora* foeminea.

2) *Sp. simplex* foliis basi triquetris lateribus planis, caule simplici. *Einfacher Igelsk.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 117. *Roth.* Germ. III. p. 469. *Schkuhr.* b. H. t. 282.)

Sp. erect. β. Linn. sp. pl. l. c. *Roth.* Germ. I. l. c.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. promiscue cum priori iisdem in locis.

A praecedente differt: *caule* minore simplicissimo, *foliis* multo angustioribus ensiformibus vix canaliculatis, *florum capitulis* racemosis: *superioribus* masculis sessilibus, *infimis* foemineis breviter pedunculatis.

3) *Sp. natans* foliis decumbentibus planis, capitulo masculo subsolitario. *Schwimmender Igelsk.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 200. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 188. *De Vest* M. b. l. c.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in aquis. (In rivulis, fossis et lacubus *fossae oppidanae*, prope *Abb. Heidenfeld* et infra *Karlstadt* passim raro. In loco paludoso dextrorsum ad *forestum reichenbergense* et alibi.)

Plan-

Planta in aquis natans: *caule* tenerrimo debili et *foliis* planis linearibus in aquis natantibus. *Racemus* solitarius, pauciflorus. *Capitula foeminea* 2-3 sessilia aut *infimum* breviter pedunculatum, *masculinum* terminale plerumque solitarium.

398. Typha, *Rohrkolbe*, *Lieschkolbe*, *Wasserkolbe*.

1) *T. latifolia* foliis linearibus planis, spicis approximatis. *Breitblaettrige Rohrk. Mooskolbe, Kolbenbinse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 197. *Ejusd.* Enum. p. 951. *Pers.* syn. pl. II. p. 532. *Hoffm.* Germ. II. p. 250. *De Vest* M. b. p. 116. *Schkuhr.* b. H. t. 281.)
Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in lacubus plerisque frequens.

Radix valde repens, articulata, fibrosa. *Culmus* 4-8-pedalis, erectus, simplicissimus foliosus, crassus, teres, glaber, striatus, enodis, medulla spongiosa farctus. *Folia* alterna, erecta, longissima, ensiformia, striata, rigida, *subtus* convexiuscula, *basi* tubulosa vaginae adinstar culmum arcte amplectentia. *Amentum* terminale, erectum, cylindricum, multiflorum, densissimum, contiguum, crassum, praelongum, fere pedale: *inferne* foemineum papposum fuscum, *superne* masculinum flavum.

2) *T. angustifolia* foliis linearibus canaliculatis, spicis remotis. *Schmalblaettrige Rohrk.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 198. *Ejusd.* Enum. p. 952. *Pers.* syn. pl. p. 533. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)

T. media Gmel. Bad. III. p. 602.

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. cum priore, sed multo rarius. (Copiose in *fossa oppidana* versus *dem neuen Thor*, et alibi.)

Differt ab antecedente: *culmo* paulo breviore tenuiore, *foliis* duplo angustioribus *supra* planis *subtus* convexis *inferne* semicylindraceis et *spicis* gracilioribus: *amento masculo* a *foemineo* distante.

399. ZEA, *Mays.*

1) *Z. Mays* foliis integerrimis. *Gemeiner Mays, türkisches Korn, Welschkorn, spanischer Waizen, Kukuruz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 200. *Ejusd.* Enum. p. 952. *Pers.* syn. pl. II. p. 533. *De Vest* M. b. p. 116. *Koel.* Gram. p. 382. *Hell.* Gram. wirc. p. 54. *Schkuhr.* b. H. t. 283. *Kern.* t. 351. *Herb. Bl.* t. 547. t. a. b.)

Mays Zea Moench. Meth. p. 176.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in America. (In hortis et vineis colitur passim.)

Culmus 3-6-pedalis, erectus, crassus, glaber, striatus. *Folia* longissima latissimaque, ensiformia, laete viridia. *Vaginae* longae, angulato-striatae. *Ligulae* brevissimae. *Flores masculi* in panicula terminali distincta palmari *aut* pedali multiflora. *Flores foeminei* in spicis pluribus infra masculos axillaribus: *stylis* longissimis filiformibus pendulis in fasciculum collectis.

Variat *seminibus* albidis, flavis, rubris, fuscis, nigrescentibus, punctatis et eleganter variegatis.

Mor-

Morbosam *spicae foemineae* atque *seminum* variationem maxime monstrosam describit et delineat *Fr. I. Imhof.* (*Zeae Mayidis morbus ad ustilag. vulgo relatus. Argentor.* 1784.)

400. Carex, *Riedgras*, *Segge.*

Spica unica simplici, stigmatibus 2.

1) *C. dioica* spica simplici dioica, culmis foliisque glabris, capsulis ovato-triquetris acutis erecto-patentibus, radice repente. *Zweihäusiges Riedgr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 207. *Pers.* syn. pl. II. p. 534. n. 1. *Hoffm.* Germ II. p. 188. *Hopp.* bot. Taschenb. 1797. p. 83. *Schkuhr.* Caric. t. A. n. 1.)

C. Linnaeana Spreng. Hal. p. 258. *Host.* Gram. austr. III. p. 51. t. 77.

C. laevis De Vest M. bot. p. 118.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in uliginosis. (In udis graminosis et uliginosis prope *Hilters, Simerichhaussen, Waldfenster*, et alibi raro.)

Radix filiformis, repens. *Culmi* digitales *aut* palmares, erecti, subteretes, striati, glabri, *superne* plus minusve scabri, *inferne* foliosi: *fructiferi* elongati. *Folia* erecta, setacea, trinquetra, culmo breviora. *Vaginae* glabrae, laeves. *Ligula* brevissima. *Spica* terminalis, unica, linearis, erecta, flavens, multiflora: *squamis* ovatis obtusis fuscis linea viridi notatis; *inferioribus* brevioribus. *Capsula* ovato-triquetra, apicem versus scabra. *Semina* ovata, dorso convexa, facie planiuscula.

2) *Carex Davalliana* spica simplici dioica,

cul-

culmo retrorsum scabro, capsulis lanceolato-triquetris nervatis patenti-deflexis, radice fibrosa. *Davallisches Riedgras.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 208. *Ejusd.* Enum. p. 953. *Pers.* syn. pl. p. 535. n. 2. *Hoffm.* Germ. p. 189. *Smith.* Brit. III. p. 964. *Spreng.* Hal. l. c. *Schkuhr.* Caric. t. A. n. 2.)

C. dioica Host. Gram. austr. I. p. 32. t. 41.

C. scabra De Vest Man. b. l. c.

Perenn. Flor. Majo.

Hab. in paludosis. (In *fossae oppidanae* graminosis udis versus *dem pleichacher Thore,* in prato paludoso *am wellrieiher Hof*, in udis *sylvae guttenbergicae,* prope *Wolfsmünster, Steinbach* et alibi.)

Radix fibrosa, fusca. *Culmi* erecti, simplicissimi, tenues, striati, trigoni, retrorsum scabri: *floriferi* digitales *aut* palmares folia adaequantes, *fructiferi* multo longiores reclinati et inter se implexi. *Folia* setacea, triquetra, ad angulos aspera. *Spica* terminalis, unica, oblonga, erecta: *squamis* ovatis acutis carinatis fuscis margine scariosis. *Capsulae* lanceolato-subtriquetrae, rostratae, striatae, glabrae. *Semina* ovata, stylo persistente coronata.

3) *Carex pulicaris* spica simplici androgyna superne mascula, capsulis divaricatis. *Floh-Riedgras.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 213. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. n. 10. *De Vest* M. b. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 84. *Leers* Herb. p. 198. t. XIV. *Schkuhr.* Car. t. A. n. 3. *Sturm.* D. Fl. I. 2.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in uliginosis. (In graminosis udis et uliginosis caeduis *sylvae brombergensis* et *im Steiger-*

wald

wald versus *Gerolshofen*. In pratis ejusdem indolis prope *Hassfurth*, *Wolfsmünster* et versus *Lohr* pauca legi specimina.)

Radix dense fibrosa, rufescens. *Culmi* erecti, teretiusculi, laeves, filiformes, *vaginis* aliquot ad basin vestiti: *florentes* vix spithamaei, *deflorati* fere pedales. *Folia* setacea, canaliculata, scabra, culmo breviora. *Spica* terminalis, simplex, erecta, cylindracea, subtrigona, *superne* mascula: *squamis* fuscis albo-marginatis, in *maribus* oblongis obtusis persistentibus *demum* adpressis, in *foeminis* ovatis acutis laxe imbricatis deciduis. *Capsulae* ovato-lanceolatae, utrinque acuminatae, enerves, fuscae, nitidae, *primo* erectae, *dein* retroflexae. *Semina* elliptica, fusca.

Spica matura maxime elongata: *seminibus* invicem remotis.

Spicis androgynis, apice masculis, Stigmatibus 2.

4) *C. intermedia* spica oblonga obtusa androgyna, spiculis confertis plurimis: infimis et terminalibus foemineis, intermediis masculis. *Mittleres Riedgr. unterbrochene Segge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 224. *Ejusd.* Enum. p. 955. *Pers.* syn. pl. p. 536. n. 34. *Hoffm.* Germ. p. 192. *Smith.* Brit. p. 972. *Spreng.* Hal. p. 258. *Schkuhr.* Caric. t. B. n. 7. *Host.* Gram. I. p. 38. t. 50.)

C. disticha Roth. Germ. I. p. 393. III. p. 426. *De Vest* M. b. p. 120. *Wib.* Werth. p. 89. *Lightf.* Fl. scot. II. p. 546. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 85.

C. spicata Pollich. Fl. palatin. n. 875.

C. arenaria Leers Herb. p. 198. t. XIV. f. 2.

Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in pratis palustribus et ad fossas ubique.

Radix crassa, valde ramosa, teres, articulata, fusca, repens: *fibris* plurimis aucta. *Culmi* erecti toti *aut* apice parum inclinati, stricti, triquetri, *inferne* laeves et vaginati, *superne* ad angulos scabri nudi: *florentes* pedales et majores, *deflorati* adhuc longiores. *Folia* basi vaginantia, erecta, culmo breviora, canaliculata, *apice* triquetra, *margine* et *dorso* scabra. *Spica* androgyna, oblonga, obtusa, parum compressa, fusco-ferruginea, erecta, *demum* nutans, composita. *Spiculae* numerosae (20-30) sessiles, approximatae, ovato-oblongae, nitidae, confertae: *inferiores* remotiores cum *terminali* omnino plerumque foemineae, *intermediae* masculae. *Squamae* ovatae, acutae, rufae. *Capsula* ovata, striata, *dorso* convexa, *facie* plana, margine versus *apicem* aspera: *ore* 2-fido. *Semina* ovata, trigona, fusca.

Variat persaepe *culmo* majore, *spiculisque* oblongo-cylindricis, et *culmo* minore *spiculas ovatas* proferrente.

5) *Carex vulpina* spica supradecomposita coarctato-ramosa obtusa, spiculis superne masculis, capsulis divergentibus, culmi angulis acutissimis. *Fuchs-Riedgras.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 231. *Ejusd.* Enum. p. 956. *Pers.* syn. pl. p. 537. n. 50. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. p. 121. *Smith.* Brit. p. 976. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 90. *Leers* Herb. p. 199. t. XIV. f. 5. *Schkuhr.* Caric. t. C. n. 10. *Host.* Gram. I. p. 48. t. 56) *Perenn. Flor. Maj. Junio.*

Hab. ad ripas, ad fossas, inque pratis paludosis.

Ra-

Radix lignosa, fibrosa, fusca. *Culmi* 1-2-pedales, erecti, stricti, acute triquetri, crassi, ad angulos asperi, medulla arachnoidea farcti. *Folia* lata, acuminata, carinata, margine carinaque scabra, culmum florentem adaequantia. *Spica* oblonga, obtusa, supradecomposita, coarctata. *Spiculae* ovatae, ventricosae, sessiles. *inferiores* foemineae, *superiores* masculae. *Squamae* ovatae, acutae, ferrugineae. *Capsulae* oblongae, acutae, compressiusculae, glabrae, divergentes, fuscae. *Semina* ovata, trigona, stylo persistente coronata.

6) *Carex divulsa* spica decomposita basi subramosa, spiculis inferioribus remotis, capsulis patentibus, vaginis superiori facie rugosis. *Unterbrochenaehriges Riedgras.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 235. *Pers.* syn. pl. p. 538. n. 58 *De Vest* M. b. p. 122. *Hoffm.* Germ. p. 194. *Smith.* Brit. p. 975. *Schweigg.* et *Koerte* Erl. p. 105. *Schkuhr.* Caric. t. Dd. n. 89. *Host.* Gram. I. p. 42. t. 55)

C. loliacea Schreb. spicil. Fl. lips. p. 64.

Perenn. Flor. Majo.

Hab. in humidis. (In fossa *am Weege nach der heidingsfelder Faehre* rechts von der *Chaussèe* sec. *cl. D. Lehmann.* In loco humido graminoso *sylvae guttenbergicae* plantam unicam inveni.)

Radix dense fibrosa, fusca. *Culmi* erecti, *superne* saepe incurvi, tenues, triquetri, ad angulos scabri, *inferne* vaginati, palmares et pedales, *fructigeri* sesquipedales et altiores. *Folia* angusta, canaliculata, erectopatula, margine carinaque aculeis minutis exasperata, culmo florente longiora. *Spica* elongata, oblonga,

 acuta,

acuta, composita e *spiculis* plurimis oblongis acutis *apice* masculis, in *planta florente* subcontiguis, in *fructifera* remotis: *infima* saepe composita. *Squamae* oblongae, acutae, *inferne* plerumque albidae s. dilutius fuscae, *superne* ferrugineae. *Capsulae* oblongae, patentes, dorso convexae, facie planae, margine aculeis scabrae, in *rostrum* 2-fidum attenuatae. *Semina* orbicularia, compressa, fusca.

7) *Carex muricata* spica oblonga subdecomposita, spiculis distinctis capsulis divergentibus apice 2-fidis. *Zackiges Riedgr. Stechende Segge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 234. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. n. 57. *De Vest* M. b. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Smith.* Brit. p. 974. *Hopp.* Taschenb. -97. p. 93. *Schkuhr.* Caric. t. E. Dd. n. 22. *Host* Gram. I. p. 41. t. 54.)

C. canescens Leers Herb. p 201. t. XIV. f. 3.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad fossas, ad ripas, et in sylvaticis graminosis ubique.

Radix crassa, fibrosa. *Culmi* erecti, triquetri, *superne* scabri, palmares et pedales, *deflorati* altiores et saepe procumbentes. *Folia* angusta, carinata, acuminata, glabra, margine et carina scabra, culmo florente longiora. *Spica* oblonga, obtusa, composita, basi interrupta. *Spiculae* plures, sessiles, subrotundae, ventricosae, *inferne* foemineae, *superne* masculae: *superiores* approximatae, *inferiores* remotae. *Squamae* ovatae, acutiusculae, fuscae. *Capsulae* ovatae, acutae, glabrae, subdivergentes, *dorso* convexae, *facie* planae, *margine* aculeis scabrae, *apice* 2-fidae. *Semina* trigona.

8)

8) *Carex teretiuscula* spica supradecomposita coarctata ramosa acutiuscula, spiculis glomeratis, capsulis patentibus, culmo teretiusculo. *Rundhalmiges Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 244. *Pers.* syn. pl. p. 539. n. 76. *Hoffm.* Germ. p. 196. *Smith.* Brit. p. 977. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 106. *Schkuhr.* Caric. t. D. f. 19. T. 96.)

C. diandra Hopp. Taschenb. - 97. p. 98. *De Vest* M. b. p. 120 *Roth.* Germ. I. p. 396. III. p. 437. *Schrank.* bajer. Fl. I. p. 281. II. p. 642.

Perenn. Flor. Majo.

Hab. in humidis, turfosis. (In humidis graminosis prope *Hassfurth, Ebern, Baunach* et *Gereuth* raro. Passim etiam *im Steigerwald* versus *dem michelauer Berge*, in der *Altung* prope *Hirschfeld* et in *den schwarzen Pfütschen* prope *Poppenhaussen.*)

Radix fibrosa, subrepens. *Culmi* erecti, triquetri, tactu fere teretiusculi, ad angulos scabri, *basi* tantum foliosi: *floriferi* 6 - 9 - unciales, *fructiferi* duplo fere *aut* triplo longiores. *Folia* longitudine fere culmi florentis, erecta, rigidiuscula, carinata, angusta, vaginantia, marginibus et carina aspera. *Spica* gracilis, oblonga, obtusa, racemosa, arcta, fusca *aut* ferruginea, composita: *spiculis* sessilibus ovatis acutis *superne* masculis diandris. *Squamae* ovatae, acutae. *Capsula* ovata, acuminata, *hinc* planiuscula, *illinc* convexa, ad angulos aspera, *apice* 2-fida. *Semina* suborbiculata, *extus* gibba, fusca.

9) *C. paradoxa* spica supradecomposita laxa ramosa congestiuscula, ramis brevibus alternis: inferioribus remotiusculis, squamis oblongo-ovatis. *Seltsames Riedgr.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 243. *Pers* syn. pl. p. 539. n. 75. *Hoffm.* Germ. l. c. *Spreng.* Hal. p. 260. *Schkuhr.* Car c. t. E. n. 21.)

C. canescens Host. Gram. I. p. 43. t. 57.

C. paludosa Schw et *Koert.* Erl. p. 106.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in paludosis, ad ripas. In paludosis ad *Dettelbach, Schwarzenau, Hassfurth* et *Erlach.* Ad ripas et fossas prope *Gemünden, Karlenburg* et alibi raro.)

Radix fusca, *fibris* plurimis aucta, densam plerumque culmorum et foliorum *cespitem* sustinens. *Culmi* erecti, glabri, triquetri, ad angulos scabri, *superne* nudi, *inferne* foliorum vaginis tecti, laeves: *florentes* palmares, *deflorati* multo altiores. *Folia* culmo florente longiora, erecta, angusta, canaliculata, carinata, margine scabra: *vaginis* longis striatis glabris, *infimis* squamaeformibus nigricantibus. *Spica* erecta, subpaniculata: *ramis* brevibus rachi plerumque adpressis. *Spiculae* oblongae, acutae, sessiles: *inferiores* plerumque foemineae, *superiores* masculae. *Squamae* oblongae, acutae, rufae. *Capsulae* ovatae, utrinque gibbae et *lineis* elevatis distinctae, *margine* aculeis brevissimis exasperatae, *apice* in rostrum 2-fidum attenuatae. *Semina* triquetra, ad basin fovea insculpta.

10) *C. paniculata* spica supradecomposita paniculato-ramosa: ramis alternis remotiusculis, capsulis patentibus supra dimidio membrana marginatis. *Rispenblüthiges Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 244. *Ejusd.* Enum. p. 958. *Pers.* syn. pl. l. c. n. 77. *De Vest* Man. b. p. 123. *Hoffm.* Germ. p. 197. *Roth.* Germ. I. p. 396. III. p.

p. 436. *Smith.* Brit. p. 978. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 99. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 106. *Schkuhr.* Car. t. D. n. 20. *Leers* Herb. p. 201. t. XIV. f. 4. *Host.* Gram. I. p. 44. t. 58.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in palustribus, ad ripas. (In pratis *am wellriether Hof,* prope *Hirschfeld, Abb. Heidenfeld,* et pone *Garsbach.* In *fossa oppidana* inter *dem neuen* et *pleichacher Thore.* Ad ripas *Salae* infra *Schunderfeld* et alibi raro.)

Radix lignosa, fibrosa, plures culmorum et foliorum *fasciculos* in cespitem densum conjunctos sustinens. *Culmi* erecti, acute triquetri, ad angulos scaberrimi, basi *vaginis* fusco-atris nitidis subimbricatis vestiti: *florentes* pedales et longiores, *demum* elongati. *Folia* lata, striata, carinata, apicem versus triquetra marginibus et carina hispida, siccata fistuloso-convoluta, culmo florente paulo longiora. *Spica* supradecomposita, paniculata: *ramulis* alternis remotiusculis, rachi *primo* adpressis *dein* patentibus, *spiculis* undique fere tectis. *Spiculae* ovatae, obtusae, *inferne* masculae, *superne* foemineae: *florentes* distinctiores, *seminiferae* magis glomeratae. *Squamae* ovatae, *superne* attenuatae, fusco-ferrugineae, *margine* membranaceae albidae pellucidae. *Capsula* ovata, striata, ventricosa, exigua, fusca, patens, apice 2-fida: *laciniis* distantibus. *Semina* ovata, obtusa, *basi* attenuata, *dorso* carinata.

Spicis androgynis, apice foemineis. Stigm. 2.

11) *Carex cyperoides* spica composita capitata androgyna, spiculis densissimis, involucro longo, capsu-

sulis lanceolatis utrinque attenuatis. *Zypergrasartiges Riedgr. Knopf-Segge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 215. *Ejusd.* Enum. p. 954. *Pers.* syn. pl. p. 535. n. 15. *De Vest* Man. bot. p. 119. *Hoffm.* Germ. p. 198. *Roth.* Germ. I. p. 393. III. p. 425. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Schhuhr.* Car. t. A. n. 5. *Host.* Gram. p. 34. t. 43.)

C. bohemica Schreber. Gram. II. p. 52. t. 28. f. 3.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in locis humidis. (Hujus plurima specimina *a beato patre meo* in regione nostra collecta possideo absque indicato loco natali. Ipsemet eam nondum legi.)

Radix fibrosa, fusca. *Culmi* cum foliis in cespitem congesti, erecti, triquetri, glabri, fistulosi, *basin* versus foliati, *coeterum* aphylli, digitales, palmares, *deflorati* dimidio longiores. *Folia* ante anthesin praecipue culmos adaequantia *aut* iis paulo longiora, *dein* breviora, erecta, pallide viridia, glabra, carinata, acuminata, *superne* ad oras et carinam scabra, *basi* vaginantia. *Involucrum* sub spica 3-4-phyllum: *foliolis* erectis spicam longe superantibus, *extimo* reliquis longiore. *Spica* terminalis unica, capitata, composita, parum inclinata. *Spiculae* sessiles, oblongae, obtusae, subtriquetrae, multiflorae: *flosculis* terminalibus plurimis foemineis, *inferioribus* paucis masculis. *Squamae* lineari-lanceolatae, acuminatae, membranaceae, albidae, margine dorsoque asperae. *Capsula* lanceolato-ovata, *margine* aspera, *basi* valde attenuata, *apice* in rostrum longum desinens. *Semina* ovata, glabra, fusca, *stylo longissimo* coronata.

12)

12) *Carex ovalis* spiculis subsenis ovalibus approximatis alternis, squamis capsulam aequantibus, capsulis membrana marginatis. *Eyfoermiges Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 229. *Ejusd.* Enum. p. 955. *Pers.* syn. pl. p. 537. n. 46. *Hoffm.* Germ. p. 199. *Smith.* Brit. p. 968. *Spreng.* Hal. p. 259. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. III. p. 311. *Schweigg.* et *Koert.* Erl. p. 107. *Schkuhr.* Car. t. B. n. 8. *Host.* Gram. p. 39. t. 51.)

C. leporina De Vest M. b. p. 123. *Wib.* Werth. p. 90. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 88. *Roth.* Germ. I. p. 393. III. p. 427. *Gmel.* Bad. III. p. 623. *Leers* Herb. p. 199. t. XIV. f. 6.

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in humidis, in paludosis, ad fossas et ripas ubique.

Radix densissime fibrosa, fusca. *Culmi* erecti, acute trigoni, striati, crassi, ad angulos asperi, *basin* versus foliati, pedales et altiores, *deflorati* adhuc longiores. *Folia* erecta, angusta, carinata, margine et carina scabra, laete viridia. *Spica* terminalis, oblonga, flexuosa, composita. *Spiculae* alternae, distinctae, sessiles, ovales, approximatae, rufo - virescentes: *flosculis inferioribus* paucis masculis, *superioribus* foemineis. *Bractea* sub spicula infima foliacea, seta terminata, spiculam adaequans *aut* ea longior. *Squamae* oblongae, acutae, glabrae, capsulam aequantes, pallide rufo - virescentes, splendentes. *Capsula* oblonga, striata, facie plana, margine *membrana laevi* cincta, in *rostrum* breve subintegrum attenuata. *Semina* minima, ovata.

Variat *culmis* demissioribus et majoribus, *spica* e spiculis 3 - 6 - 9 composita, *foliisque* magis scabris.

13)

13) *Carex Schreberi* spica composita nudiuscula disticha, spiculis rectis alternis contiguis ovato-teretibus acutis, capsulis ovato-oblongis ad angulos subasperatis. *Schrebers Riedgras, kurze Segge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 225. *Ejusd.* Enum. p. 955. *De Vest* Man. b. p. 122. *Spreng.* Hal. p. 258. *Gmel.* Bad. p. 624. *Schrank.* bajer. Fl. I. p. 278. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 312. *Schweigg.* et *Koert.* Erl. l. c. *Schkuhr.* Car. t. B. n. 9. *Host.* Gram. p. 36. t. 46.)

C. praecox *Schreb.* spic. Fl. lips. p. 63. *Pers.* syn. pl. p. 537. n. 36. *Roth.* Germ. I. p. 394. III. p. 428. *Wib.* Werth. p. 91. *Hopp.* Taschenb.-97. p. 89.

Perenn. Flor. Martio-Majo.

Hab. in montosis, in collibus, in pascuis siccis et ad vinearum muros ubique.

Radix gracilis, teres, articulata, repens, fibrosa fusca. *Culmi* plurimi, erecti, obtuse triquetri, laeves, debiles, graciles, *basi* foliorum vaginis vestiti, *coeterum* nudi: *florentes* digitales et palmares, *deflorati* saepe duplo longiores. *Folia* erecta, perangusta, canaliculata, subulata, margine aspera, culmum florentem subaequantia. *Spica* composita, disticha, *mox* erecta, *mox* incurva. *Spiculae* 3-6 contiguae, androgynae, alternae, sessiles, teretes, utrinque acutae, rufo-fuscae: *capsuliferae* obovatae. *Bractea* ovata, acuminata, spicula brevior, *basi* fusca. *Squamae* ovato-lanceolatae, acuminatae, ferrugineae. *Capsula* ovata, striata, margine saepius asperiuscula, *hinc* plana, *illinc* convexa, *rostro* brevi 2-fido terminata. *Semina* ovata, stylo persistente coronata.

Variat *culmis* majoribus et minoribus, *foliis* culmo dimidio fere brevioribus et *spiculis* pluribus arctioribus.

14) *Carex brizoides* spica composita subdisticha, spiculis oblongis contiguis patulis curvatis, culmo nudo. *Flittergrasaehnliches Riedgras.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 233. *Ejusd.* Enum. p. 956. *Pers.* syn. pl. p. 538. n 55. *De Vest* M. b. p. 121. *Hoffm.* Germ. p. 202. *Roth.* Germ. I. p. 394. III. p. 430. *Wib.* Werth. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter p. 313. *Schw.* et *Koert.* Erl l. c. *Hopp.* Taschenb. -97. p. 91. *Spreng.* Hal. p. 259. *Schkuhr.* Car. t. C. U. n. 12. *Host.* Gram. p. 36. t, 47.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvaticis umbrosis humentibus, ad fossas. (Ad fossam *im Hexenbruch* legit *cl. D. Kuster.* In humidis *sylvae brombergensis*, in paludosis *am grossen Moos* prope *Hassfurth* et *in den schwarzen Pfütschen* prope *Poppenhaussen* plura legi specimina. Crescit etiam *im Streuwald*, ad ripas hinc inde *Brentae,* ad fluvium *Sinn* prope *Wildfleck* et alibi rarius.)

Radix valde repens, *squamis* imbricatis et *fibris* plurimis tenacibus vestita. *Culmi* erecti, graciles, debiles, striati, exacte triquetri, subnudi, retrorsum scaberrimi, pedales, post florescentiam saepe 2-pedales. *Folia* erecta, linearia, angusta, laete viridia, retrorsum scabra, culmo florente longiora. *Spica* terminalis, erecta, nuda, subdisticha. *Spiculae* sessiles, alternae, teretiusculae, compressiusculae, subapproximatae, erecto-patentes, saepe subrecurvae, *superne* foeminae, *inferne* masculae. *Bractea* sub spiculis brevis, setacea, *mox* nulla. *Squamae* albo-flavescentes, splendentes: *masculae* ovatae obtusiusculae, *foemineae* ovato-lanceolatae acutae. *Capsula* ovato-lanceolata, fusca, *margine* membranacea, *apice* 2-fida, squamis

mis vix longior. *Semina* ovata, obtusa, *facie* plana, *dorso* convexiuscula.

15) *Carex curta* spiculis ovatis remotis nudis, squamis ovatis acutiusculis capsula brevioribus. *Kurzaehriges Riedgr. kleine Segge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 241. *Ejusd.* Enum. p. 957. *Pers.* syn. pl. p. 539. n. 71. *Hoffm.* Germ. p. 203. *Smith.* Brit. p. 967. *G. M. Sch.* Fl d. Wetter. p. 314. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Schkuhr.* Car. t. C. n. 13. *Host.* Gram. p. 37. t. 48.)

C. elongata De Vest M. b. p. 122. *Wib*, Werth. p. 91. *Leers* Herb. p. 200. t. XIV. f. 7.

C. cinerea Pollich. Fl. palatin. n. 880.

C. canescens Roth. Germ. III. p. 435. *Gmel.* Bad. III. p. 627. *Lightf.* Flor. scot. II. p. 550.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in udis graminosis, in umbrosis sylvaticis. (In locis depressis *der Waldskugel*, in *sylva guttenbergica*, ad margines *sylvae* ad *Gramschatz*, in sylvaticis udis prope *Versbach*, *Mühlhaussen* et alibi.)

Radix repens, *fibris* copiosis aucta. *Culmi* erecti, triquetri, striati, infra spicam scabri, *coeterum* glabri, palmares, *deflorati* pedales majores. *Folia* angusta, linearia, canaliculata, glabra, *superne* triquetra et scabra, culmo plerumque longiora. *Spica* terminalis, erecta, composita e *spiculis* 5 - 7 alternis sessilibus erectis obtusis remotiusculis bracteatis dilute flavescentibus multifloris *basi* masculis: *florentibus* subtrigonis, *capsuliferis* ovatis *aut* ovato - oblongis. *Squamae* membranaceae, albidae, concolores, ovatae, acutiusculae, capsulam vix aequantes. *Capsulae* ovatae,

gla-

glabrae, inflatae, striatae, *rostro* brevissimo indiviso praeditae. *Semina* subtriquetra.

Variat *spiculis* pluribus et paucioribus minoribus subrotundis.

16) *Carex stellulata* spiculis 3-4 remotis, capsulis divergentibus acutis. *Sternfoermiges Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 236 *Ejusd.* Enum. p. 956. *Pers.* syn. pl. p. 538. n. 60. *Hoffm.* Germ. l. c. *Smith.* Brit. p. 966. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 315. *Spreng.* Hal. p. 259. *Gmel.* Bad. p. 628. *Schw* et *Koert.* Erl. p. 108. *Schkuhr.* Car. t. C. n. 14. *Host.* Gram. p. 41. t. 53.)

C. Leersii Willd. Prodr. n. 95.

C. echinata Roth. Germ. I. p. 395. III. p. 431. *De Vest* M. b. p. 122. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 93. *Wib.* Werth. p. 90.

C. muricata Leers Herb. p. 200. t. XIV. f. 8. *Lightf.* Fl. scot. II. p. 549.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in paludosis sylvaticis, in pratis humidis, ad fossas et ripas passim.

Radix fibrosa. *Culmi* erecti, obtuse triquetri, laeves, *basi* foliosi: *florentes* 2-4-unciales, *fructiferi* semipedales et majores. *Folia* angustissima, erecta, canaliculata, margine carinaque apicem versus scabriuscula, culmos florentes adaequantia. *Spica* terminalis, erecta, androgyna, composita. *Spiculae* 3-4, alternae, subsessiles, remotae, ovatae, ventricosae. *Squamae* membranaceae, ovatae, pallide virescentes, margine albidae, in maturitate dorso rufescentes *Capsulae* ovatae, *facie* planae. *margine* scabrae, *dorso* convexae, in *rostrum* 2-fidum attenuatae, maxime divergen-

gentes et *spiculas stellulatas* repraesentantes. *Semina* ovata, obtusa, dorso convexiuscula.

17) *Carex remota* spicis axillaribus ovatis solitariis remotis subsessilibus, foliis longissimis. *Entferntblüthiges Riedgr.*

(L. sp. pl ed. *Willd.* p. 239. *Pers.* syn. pl. p. 538. n. 68. *De Vest* Man. b. p. 122. *Hoffm.* Germ. p. 204. *Roth.* Germ. I. p. 395. III. p. 433. *Wib.* Werth. p. 92. *Smith* Brit. p. 969. *Spreng.* Hal. l. c. *Gmel.* Bad. p. 630. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 316. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Leers* Herb. p. 200. t. XV. f. 1. *Schkuhr.* Car. t. E. n. 23. *Host.* Gram. p. 40. t. 52.)

C. axillaris Schrank. baj. Fl. I. p. 275. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 96.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in umbrosis humidis. (In humidis sylvarum *Gramschatz*, *Waldskugel* et *Guttenberg* hinc inde raro. Im *breiten Holz* versus *Versbach* et in densissimis sylvaticis humidiusculis ad *Mühlhaussen*, alibique.)

Radix fibrosa, fusca. *Culmi* erecti, graciles, debiles, teretiusculi, obtuse triquetri, angulis retrorsum scabri, foliati, pedales, *fructiferi* sesquipedales et majores, saepius recurvi. *Folia* alterna, angusta, subcarinata, scabriuscula, pallide viridia, culmum florentem subadaequantia: *floralia* vaginis destituta. *Spica* longa, composita. *Spiculae* plurimae, oblongae, acutae, multiflorae, subsessiles, albo-flavescentes, maxime remotae: *inferiores* ex axillis foliorum egredientes masculae, *superiores* foemineae. *Bracteae infimae* foliaceae, culmum superantes, *reliquae* sensim breviores et angustiores. *Squamae* ovato-lanceolatae,

olatae, glabrae, acutae, albo-flaventes, *dorso* viridulae, capsula breviores. *Capsulae* ovatae, acutae, erectae, pallide flavicantes, imbricatae, striatae, in *rostrum* brevissimum 2-fidum attenuatae. *Semina* ovata, triquetra.

18) *Carex elongata* spiculis oblongis obtusis sessilibus subremotis subundenis, capsulis ovatis acutis. *Verlaengertes Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 240. *Ejusd.* Enum. p. 957. *Pers.* syn. pl. p. 539. n 70. *De Vest.* M. b. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 205. *Roth.* Germ. I. p. 395. III. p. 434. *Spreng.* Hal. p. 260. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. l. c. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 97. *Gmel.* Bad. p. 331. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Leers* Herb. l. c. t. XIV. f. 7. *Schkuhr.* Car. t. E. n. 25. *Host.* Gram. III. p. 53. t. 79.)

C. canescens Pollich. Fl. palatin. n. 881. *Wib.* Werth. p. 91.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in udis umbrosis, ad rivulos et fossas passim.

Radix repens *fibris* copiosis gracilibus aucta. *Culmi* multi, congesti, erecti, triquetri, ad angulos retrorsum scabri, *basin* versus foliati, *coeterum* aphylli: *florentes* palmares circiter, *deflorati* pedales, sesquipedales et majores. *Folia* carinata, acuminata, apice triquetra, laete viridia, margine carinaque aspera, erecta, rigida, culmum florentem superantia. *Spica* terminalis, oblonga, elongata. *Spiculae* 6-11 alternae, sessiles, remotiusculae, oblongae, obtusae: *inferiore* bractea lanceolata stipata. *Squamae* ovatae, acutiusculae, margine membranaceae, capsula minores. *Capsula* oblonga, acuminata, erecto-patens, ner-

nervosa, apice 2-dentata. *Semina* hinc plana, illinc convexiuscula.

Spicis sexu distinctis. Stigm. 2.

19) *Carex caespitosa* spicis subsessilibus erectis: masculis 2-3 foemineis remotiusculis, stigmatibus binis, squamis capsula basi plicata brevioribus. *Rasen-Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 287. *Ejusd.* Enum. p. 960. *Pers.* syn. pl. p. 546. n. 195. *De Vest* M. b. p. 126. *Hoffm.* Germ. p. 208. *Roth.* Germ. I. p. 399. III. p. 452. *Smith.* Brit. p. 1000 *Spreng.* Hal. p. 263. *Wib.* Werth. p. 96. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 317. *Hopp.* Taschenb. -97. p. 115. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Schkuhr.* Car. t. A a. Bb. n. 85. *Host.* Gram. I. p. 67. t. 91.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. ubique fere in pratis, praecipue in turfosis.

Radix repens, caespitosa. *Culmi* erecti, triquetri, glabri, foliosi, *superne* ad angulos retrorsum scabri: *florentes* semipedales, *deflorati* fere pedales. *Folia* erecta, culmum florentem adaequantia, subglauca, acuminata, margine et carina scabra: *floralia* breviora inaequali longa spicis plerumque longiora et *basi* saepissime plus minusve crispata. *Spicae masculae* 1-2-3 terminales, oblongae, cylindricae, obstusae; *suprema* longissima: *foemineae* 2-3-4 oblongo-lanceolatae; *summae* minores et sessiles, *inferiores* breviter pedunculatae. *Squamae* ovatae, glabrae, *superne* purpureo-nigrescentes, *superiores* obtusae, *inferiores* acutae. *Capsulae* ovatae, acutae, erectae, glabrae, *apice* integrae, sexfariam imbricatae, squa-

ma

ma longiores. *Semina* pedicellata, subtriquetra, *apice* truncata.

Spicarum numerus admodum variat.

20) *Carex acuta* spicis filiformibus, foemineis inflorescentibus suberectis: fructiferis nutantibus, capsulis ovatis acutiusculis apice indivisis. *Spitziges Riedgr. Winter-Segge, Schnittgras.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 304. *Ejusd.* Enum. p. 961. *Pers.* syn. pl. l. c. n. 197. *Hoffm.* Germ. p. 209. *Roth.* Germ. I. p. 401. III. p. 459. *Wib.* Werth. p. 98. *Smith.* Brit. p. 1001. *Spreng.* Hal. p. 264. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 318. *Leers* Herb. p. 207. t. XVI. f. 1. *Schkuhr.* Car. t. Ee et Ff. n. 92. *Host.* Gram. I. p. 70. t. 95.)

Perenn. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in pratis humidis, ad fossas et ripas ubique.

Radix fibrosa, repens, stolonifera. *Culmi* erecti, triquetri, *inferne* glabri et foliosi, *superne* ad angulos scaberrimi nudi: *florentes* sesquipedales *aut* 2-pedales, *fructiferi* adhuc longiores. *Folia* erecta, carinata, utrinque laevia, margine scabra: *radicalia* longissima vaginantia, *caulina* et *floralia* brevia vaginis distituta spicas masculas superantia. *Spicae* elongatae, graciles, densae, multiflorae, *florentes* cernuae, *defloratae* erectae: *masculae* 2-3 obtuse triquetrae, *foemineae* 3-4 cylindricae longae longius *aut* brevius pedunculatae, *superiores* apice saepius masculae. *Squamae* oblongae, purpureo-nigrescentes: in *spicis masc.* longiores acutiusculae, in *foemineis* breviores obtusae. *Capsulae* ovatae, subtrigonae, glabrae, laeves, rufescentes, *rostro brevi indiviso* donatae. *Semina* obovata, triquetra.

Variat *culmis* et *spicis* multo longioribus, *spica mascula* unica et *spicis omnibus* androgynis.

Spicis sexu distinctis, masc. unica, foemineis sessil. s. breviter pedunculatis, vag. bract. brevib. vel nullis, stigmat. 3.

21) *Carex Oederi* spica mascula oblonga trigona: foemineis subsessilibus ovatis confertis, capsulis rostratis: rostro recto capsula breviore. *Oeders Riedgr.*

(*Pers.* syn. pl. p. 542. n. 125. *De Vest* M. b. p. 124. *Hoffm.* Germ. p. 210. *Roth.* Germ. III. p. 438. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 101. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Schkuhr.* Caric. t. F. n. 26. *Host.* Gram. I. p. 49. t. 65.)

C. flav. β. L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 268. *Spreng.* Hal. p. 262. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 321.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvaticis umbrosis humidis, ad ripas.

Radix fibrosa. *Culmi* caespitosi, erecti, obtuse trigoni, striati, foliati, 2 - 3 - 4 - unciales, *deflorati* longiores. *Folia* canaliculata, striata, subrigida, margine carinaque aspera, culmo florente altiora. *Spica mascula* terminalis unica, oblonga, trigona. *Spicae foemin.* 2 - 3 - 4, ovatae, *omnes* pedunculatae, saepe *flosculo* uno alterove *masculo* terminatae; *superiores* confertae ac brevius pedunculatae, *infima* remotiuscula. *Bracteae* foliaceae, vix vaginantes, culmum superantes. *Squamae* membranaceae, glabrae, *superne* flavescentes, in *flor. masc.* oblongae obtusae, in *flor. foemin.* ovatae acutae. *Capsulae* patentes, ovato - triquetrae,

squa-

squamas superantes, in *rostrum* longiusculum 2-dentatum rectum attenuatae. *Semina* triquetra, basi attenuata, apicem versus ampliata.

22) *Carex flava* spica mascula lineari, spicis foemineis subrotundis subternis subapproximatis, vaginis bractearum brevibus pedunculum includentibus, capsulis reflexis rostratis: rostro curvato 2-dentato. *Gelbes Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 268. *Ejusd.* Enum. p. 959. *Pers.* syn. pl. l. c. n. 126. *De Vest* M. b. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 214. *Roth.* Germ. I. p. 396. III. p. 437. *Smith.* Brit. p. 990. *Wib.* Werth. p. 95. *Hopp.* Taschenb.-97. p. 103. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 110. *Leers* Herb. p. 202. t. XV. f. 6. *Schkuhr.* Car. t. H. n. 36. *Host.* Gram. I. p. 48. t. 63.)

C. patula Host. Gram. l. c. t. 64.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in paludosis umbrosis, ad ripas.

Maxime affinis antecedenti, a qua *culmis* semper altioribus, *spicis* minus densis et *capsulis* in rostrum longius non rectum, sed evidenter curvatum attenuatis differt.

Haec et praecedens, quoad eas per longinquum tempus observavi, mutationi nulli succubuere. Hinc utramque species esse distinctas existimo.

23) *C. praecox* vaginis bractealibus brevibus pedunculum subaequantibus, spica mascula oblonga terminali, foemineis subpedunculatis subapproximatis oblongo-ovatis, squamis capsulae pubescenti obtusae aequalibus. *Frühes Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 262. *De Vest* M. b. p. 125. *Hoffm.* Germ. p. 211. *Smith.* Brit. p. 994. *Spreng.*

Hal. p. 262. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Jacq.* Austr. t. 446. *Schkuhr.* Caric. t. F. n. 27. *Host.* Gram. p. 51. t. 68.)

C. verna Pers. syn. pl. p. 541. n. 103.

C. filiformis Roth. Germ. I. p. 397. III. p. 443. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 329. *Wib.* Werth. p. 94. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 110. *Leers* Herb. p. 204. t. XVI. f. 5.

C. stolonifera Hoffm. Germ. ed. 1791. p. 328. *Ehrh.* Gram. 99.

C. montana Pollich. Fl. palat. n. 885. *Lightf.* Fl. scot. II. p. 551.

Perenn. Flor. Martio - Majo.

Hab. in sylvis, in betuletis, in ericetis et ad colles ubique.

Radix repens, stolonifera, fusca. *Culmi* erecti, obtuse triquetri, striati, laeves, glabri *vel* parum scabri, *inferne* foliati: *florentes* digitales *aut* sesquidigitales, *deflorati* altiores. *Folia* subrigida, canaliculata, glabra, apice triquetra, acuta, carina et margine apicem versus scabra, *florentem culmum* adaequantia. *Spica mascula* unica, terminalis, oblonga, subtrigona, ventricosa, erecta *aut* obliqua. *Spicae foemineae* sub mascula 1 - 2 - 3, oblongae, acutae: *superiores* sessiles, *inferior* breviter pedunculata. *Bractea* sub quavis *spica foemin.* vaginans, angusta, foliosa: *inferior* spicam masculam adaequans *aut* saepe eam superans. *Squamae* latae, ovatae, acutae, brunneo - rufae, nervo dorsali viridi praeditae. *Capsula* ovato - triquetra, utrinque attenuata, pubescens, *rostro* brevi integro terminata. *Semina* parva, triquetra.

Species admodum varians: *culmis* majoribus et mi-

minoribus, *foliis* plus minusve rigidis, *mox* erectis, *mox* divaricatis et patentissimis, *spica mascula* graciliore ac breviore, *spicis foemin.* oblongis *aut* ovatis acutis et obtusiusculis, *omnibus* sessilibus et *inferiore* longius pedunculata, *bracteis* latioribus foliaceis et angustissimis setaceis et minimis scariosis, *capsulis* pubescentibus s. magis villosis: *ore* integerrimo s. sub-2-fido.

Forsitan etiam una alterave adhuc species inter hasce variationes putativas latitat, quod, licet per plures annos plurima specimina ex variis locis natalibus desumta omni studio iterum iterumque observaverim et examinaverim, usque huc eruere nondum potui.

24) *Carex tomentosa* spica mascula solitaria utrinque attenuata: foemineis geminatis subsessilibus, capsulis subglobosis tomentosis. *Filziges Riedgr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 263. *Ejusd.* Enum. p. 959. *Pers.* syn. pl l. c. n. 105. *De Vest* M. bot. p. 125. *Hoffm.* Germ. p. 212. *Roth.* Germ. I. p. 397. III. p. 442. *Smith* Brit. p. 996. *Spreng.* Hal. p. 262. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett p. 319. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Hopp* Taschenb. - 97. p. 108. *Leers* Herb. p. 203. t. XV. f. 7. *Schkuhr.* Car. t. F. n. 28. *Host.* Gram. p. 61. t. 82.)

C. sphaerocarpa Ehrh. Gram. 89.

Perenn. Flor April. Majo.

Hab. in pratis humidis. (In locis udis graminosis prope *Friessenhaussen, Niederlauer, Neustadt* a. S. *Mellrichstadt* et *Ebenhaussen* raro. In pratis *am wellriether Hof* sec. *cl. D. Lehmann.* Etiam in humidis udis *sylvae kistensis* 3 ante annos specimina plura legi.)

Ra-

Radix repens, *squamis* oblongis fuscis tecta, fibrosa. *Culmi* tenues, erecti, triquetri, *superne* scabri, *inferne* laeves, *basi* foliati: *floriferi* 3-4-5-unciales, *fructiferi* 6-8-unciales. *Folia* erecta, rigida, canaliculata, angusta, margine carinaque scabra, *supra* viridia, *subtus* glaucescentia. *Spica mascula* unica, terminalis, linearis *aut* oblonga, triquetra, utrinque attenuata. *Spicae foemin.* plerumque 2, interdum 3, oblongae, cylindricae, approximatae, *mox* etiam remotiusculae, subsessiles. *Squamae* acutiusculae, glabrae, brunneo-purpureae, *inferne* rufescentes: in *spica masc.* oblongae *superne* ampliatae *inferne* angustatae, in *spicis foemin.* parvae ovatae: *inferiores* minores et obtusiores, *superiores* majores et acutiores. *Bracteae* foliaceae, vaginis destitutae, spicam masc. adaequantes *vel* superantes. *Capsula* subrotunda, villo denso albido vestita, *apice* obtuso hians. *Semina* triquetra, stylo persistente coronata.

25) *Carex montana* spicis foemineis ovatis sessilibus masculae approximatis, squamis oblongis obtusis capsula ovata utrinque attenuata pubescente brevioribus. *Berg-Riedgr.*

(*Pers.* syn. pl. p. 540. n. 100. *De Vest* M. b. p. 124. *Hoffm.* Germ. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 397. III. 441. *Hopp.* Taschenb. -97. p. 105. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 2. *Schkuhr.* Car. t. F. n. 29. *Host.* Gram. p. 50. t. 66.)

C. collina L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 260. *Spreng.* Hal. p. 261.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvis et in nemoribus, praecipue montanis.

Radix lignosa, ramosa, dense fibrosa. *Culmi* graci-

ciles, debiles, triquetri, asperiusculi, *inferne* foliosi: *florentes* circiter palmares erecti *aut* incurvi, *deflorati* altiores. *Folia* numerosa, erecta, angusta, linearia, acutiuscula, *inferne* carinata, *superne* plana, margine retrorsum aspera, culmo florente longiora: *caulina* vaginantia breviora. *Spica mascula* unica, terminalis, erecta, clavato-cylindrica, fusca. *Spicae foemin.* plerumque 2, rarius 3, ovatae, alternae, sessiles s. brevissime pedunculatae, masculae approximatae. *Squamae* obovatae, laeves, glabrae, purpureo-brunneae, *basi* albidae, acutiusculae s. obtusae, rarius emarginatae *aut* rostro brevi terminatae, *breviores* in spica mascula. *Bractea* ovata *vel* cordata, mucronata. *Capsula* subtriquetra, inflata, pubescens, utrinque attenuata, squama longior, *apice* in rostrum breve obtusum desinens. *Semina* fusca, triquetra, utrinque attenuata.

Variat quandoque *spica foeminea* unica, *infima* a reliquis remota et *capsulis* obtusioribus rostro brevissimo terminatis.

26) *Carex digitata* vaginis bractealibus dimidiatis subaphyllis, spicis linearibus erectis alternis remotis, capsulis distantibus. *Fingerfoermiges Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 256. *Ejusd.* Enum. p. 958. *Pers.* syn. pl. p. 542. n. 124. *De Vest* M. b. p. 129. *Hoffm.* Germ. p. 215. *Roth.* Germ. I. p. 396. III. p. 440. *Smith.* Brit. p. 979. *Wib.* Werth. p. 94. *Spreng.* Hal. p. 261. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 322. *Hopp.* Taschenb.-97. p. 103. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 111. *Leers* Herb. p. 202. t. XVI. f. 4. *Schkuhr.* Caric. t. H. n. 38. *Host.* Gram. p. 46. t. 60.)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvaticis humidis. (In der *Walds-kugel,*

kugel, in sylvis ad *Gramschatz, Veitshoechheim, Stetten, Kitzingen, Zell, Steigerwald, Irtenberg* et alibi.)

Radix tenuis, fibrosa, fusca. *Culmi* plures, semiteretes, *inferne* laeves et vaginis fuscis subaphyllis vestiti, *superne* scabri aphylli: *florentes* erecti 2-4-*fructiferi* saepe inclinati *aut* deflexi 6-10-unciales. *Folia* linearia, striata, planiuscula, scabra, caulem florentem fere adaequantia, *basi* membranacea fusca subvaginantia. *Spica* mascula unica, terminalis, tenuis, linearis, *florens* erecta, *dein* incurvata. *Spicae foemin.* 2-3-longiores, lineares, acutae, *primo* sibi approximatae, *dein* remotae, *suprema deflorata* ultra masculam producta, *omnes* pedunculatae: *pedunculis* hinc planis illinc convexis margine scabris *vaginis* fuscis subaphyllis ad medium usque vestitis. *Squamae* obovato-oblongae, glabrae, versus apicem ampliatae, margine membranaceae, pallidae, dorso nervo viridi saepius in aristam protenso terminatae. *Capsula* ovato-oblonga, trigona, acuta, basi in pedicellum quasi attenuata, pubescens, *apice* breviter rostrata, integra. *Semina* parva, triquetra.

Variat *culmis* majoribus et minoribus, *spicis foemineis* longioribus, brevioribus et valde remotis.

In planta capsulifera *spica foeminea suprema* supra *masculam* longe eminet et terminalis est.

27) *Carex pilulifera* vaginis bractealibus nullis, spica mascula sublineari, foemineis subrotundis sessilibus confertis, culmo debili. *Pillentragendes Riedgr. Pillen-Segge.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* p. 259. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 540. n. 99. *De Vest* M. b. p. 126. *Hoffm.* Germ. p. 216. *Roth.* Germ. I. p. 398. III. p. 445.

445. *Smith.* Brit. p. 995. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 323. *Wib.* Werth. p. 92. *Spreng.* Hal. l. c. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 109. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Schkuhr.* Car. t. I. n. 39.)

C. decumbens Ehrh. Gram. 70.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvaticis umbrosis. (In ea *sylvae gramschatzensis* parte, quam *Ochsengrund* nuncupant, in *sylva stettensi* versus *Thüngen*, in sylvaticis udis prope *Waldaschach, Heustreu, Ebenhaussen* et alibi.)

Radix tenuis, fibrosa. *Culmi* plures, graciles, debiles, decumbentes s. erectiusculi, triquetri, *basin* versus foliati: *florentes* 4-6, *fructiferi* 6-12 pollices longi. *Folia* caespitosa, linearia, carinata, acuminata, carina et margine aspera, culmo breviora. *Spica mascula* unica, terminalis, lineari-lanceolata, erecta. *Spicae foemin.* masculae approximatae, alternae, sessiles, ovatae, nonnunquam oblongae. *Bractea* spicae infimae foliacea, lineari-setacea, *reliquis* major, *masculam spicam* aequans. *Squamae* in *maribus* lanceolatae, rufescentes: *inferiores* obtusae margine albae, *superiores* acutae, in *foeminis* ovatae, acutae, fuscae, *margine* pallidiores. *Capsula* subrotunda, triquetra, viridescens, pubescens, in *rostrum* breve obtusum integrum terminata. *Semina* subglobosa, obsolete triquetra, flavescentia.

28) *Carex ciliata* spicis 3, mascula terminali, foemineis oblongis sessilibus, squamis apice subrotundis ciliatis crenatis capsula clavata pubescente brevioribus. *Gefranztes Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 261. *Pers.* syn. pl. p. 541. n. 102. *Hoffm.* Germ. p. 218. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett.

Wett. p. 324. *Spreng.* Hal. p. 262. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Schkuhr.* Car. t. I. n. 42.)

C. ericetorum Pollich. Fl. palatin. n. 886. *De Vest* M. b. p. 125. *Roth.* Germ. III. p. 442. *Wib.* Werth. p. 93. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 107.

C. montana Leers Herb. p. 203. t. XVI. f. 6. *Wib.* Werth. l. c.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in pratis collinis, inque sylvaticis caeduis siccis fere ubique.

Radix longa, gracilis, fibrosa. *Culmi* plurimi, erecti *aut* inflexi, teretes, laeves, *basi* dense foliati: *floriferi* digitales *aut* palmares, *fructiferi* longiores. *Folia* linearia, latiuscula, acuminata, carinata, dura, rigida, striata, retrorsum aspera, erecta *aut* deflexa, longitudine plerumque culmi florentis, interdum eo longiora *vel* breviora: *caulina* minora secundum vaginam purpurea. *Spica mascula* solitaria, terminalis, erecta, lanceolata, obtusa, crassiuscula. *Spicae foemin.* plerumque 3, masculae approximatae, alternae, subsessiles, ovatae, mascula breviores: *inferior* major *bractea* ovato-setacea subvaginante brunneo-rufa stipata. *Squamae* obtusae, brunneo-fuscae, margine membranaceae, albae, dentato-ciliatae: *masculae* oblongae, *foemineae* obovatae. *Capsula* obovato-triquetra, *basi* attenuata pubescens, nigricans, in *orificium* brevissimum sub-2-rostre terminata. *Semina* subrotunda.

Variat *spica foeminea* unica.

29) *Carex clandestina* spica mascula unica oblonga, spicis foemineis remotis sub-3-floris bracteae vaginanti membranaceae subaequalibus. *Heimlich-blühendes Riedgr.*

L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 254. *Pers.* syn. pl. p. 543. n. 142. *Hoffm.* Germ. l. c. *Smith.* Brit. p. 980. *Spreng.* Hal. p. 261. *Schkuhr.* Car. t. K. n. 43.)

C. humilis Leyss. Fl. hal. n. 952. *Roth.* Germ. I. p. 400. III. p. 455. *De Vest* Man. b. p. 127. *Wib.* Werth. p. 95. *Hopp.* Taschenb.-97. p. 100. *Sturm.* D. Fl. I. 2. *Host.* Gram. p. 50. t. 67.

C. prostrata Allion. Fl. pedemont. n. 2312.

Perenn. Flor. Martio - Aprili.

Hab. in siccis sterilibus. (In monte *Kalmut* eam detexit *Ill. Wibel.*)

Radix fibrosa, nigricans. *Culmi* plures, in caespitem congesti, erecti *vel* incurvi, subteretes, striati, glabri, radicem versus dense foliati ac vaginati: *floriferi* 2-3-*fructiferi* 4-6-unciales plerumque decumbentes. *Folia* tenuia, rigida, ad marginem et carinam scabra, carinata: *juniora* culmum aequantia, *adultiora* eo multo longiora et decumbentia. *Spica mascula* solitaria, terminalis, erecta, lanceolata, acuta: *squamis* ovato-oblongis obtusis ferrugineis margine pallidioribus, *infima* maxime vaginante. *Spicae foemin.* 2-3 alternae, remotae, subpedunculatae, cylindricae, pauciflorae, *bractea* vaginante membranacea albida ad apicem usque fere vestitae: *squamis* ovatis obtusis ferrugineis. *Capsula* ovata, obtusa, trigona, pubescens, *orificio* brevi integro terminata. *Semina* triquetra, basi attenuata.

30) *Carex filiformis* spicis masculis subgeminis cylindricis acuminatis, foemineis 2 distantibus subtrigonis, squamis apice ciliatis oblongis, capsulis hirtis apice 2-fidis. *Fadenfoermiges Riedgr. schlanke Segge.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 303. *Ejusd.* Enum. p. 961. *Pers.* syn. pl. p. 546. n. 190. *Hoffm.* Germ. p. 219. *Smith.* Brit. p. 1008. *Spreng.* Hal. p. 264. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 325. *Schweigg.* et *Koert.* Erl. p. 112. *Schkuhr.* Caric. t. K. n. 45. *Host.* Gram. I. p. 63. t. 86.)

C. splendida Willd. Pr. Fl. berol. n. 103. t. 1. f. 3. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 330. *Roth.* Germ. I. p. 398. III p. 446. *De Vest* M. b. p. 132.

C. lasiocarpa Ehrh. Gram. 10.

C. tomentosa Lightf. Fl. scot. II. p. 553.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in paludosis. (In sylvaticis paludosis inter *Huhn* et *Schmalwasser* plantas paucas vidi.)

Radix repens, teres, lignosa, fibrosa, fusca. *Culmi* graciles, erecti, *superne* triquetri retrorsum asperi aphylli, *inferne* foliosi et *vaginis* squamosis longis fuscis oblongis acuminatis vestiti: *floriferi* 1-2-3-pedales, *fructigeri* adhuc altiores et saepe procumbentes. *Folia* erecta, angusta, carinata, acuminata, molliuscula, *primordialia* longissima et saepe convoluto-filiformia: *culmea inferiora* membranacea vaginantia, *superiora* culmo longiora canaliculata *margine* et *dorso* scabra. *Spica mascula* terminalis, cylindrica, acuminata, gracilis, *apice* triquetra: *mox* unica, *mox* binae, *altera* sessilis brevior *inferne* foeminea, *superne* mascula. *Spicae foemin.* saepius 2 *aut* 3, a masculis remotae, alternae, subsessiles, breviores, subtrigonae, acutae, crassiusculae. *Bracteae* sub spicis longae, canaliculatae, acuminatae, asperae, erectae, *basi* squama fusca margine alba et ciliata stipatae, culmum adaequantes *aut* eum superantes. *Squamae* oblongae, acutae, *apice* ciliatae,

bru-

brunneo-purpureae, *dorso* asperae, in *maribus* longiores. *Capsula* ovali-elliptica, hirta, *apice* rostro 2-fido terminata. *Semina* triquetra.

31) *Carex distans* vaginis inferioribus subdimidiatis, superioribus subaequantibus, spica mascula oblongo-lanceolata, spicis foemineis 3 oblongis remotissimis, capsulis ovatis acutis, culmo obtuse triquetro subaspero. *Entferntaehriges Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 271. *Pers.* syn. pl. p. 542. n. 329. *De Vest* Man. b. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 233. *Roth.* Germ. I. p. 400. III. p. 454. *Smith* Brit. p. 992. *Spreng.* Hal. p. 262. *Wib.* Werth p. 97. *Schweigg.* et *Koerte* Erl. p. 113. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 114. *Schkuhr.* Caric. t. T. Yy. n. 68.)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in pratis udis, inque sylvaticis humidis passim non infrequens.

Radix subrepens, lignescens, fibrosa, fusca. *Culmi* erecti, subflexuosi, obtuse triquetri, sublaeves, *inferne* foliosi: *florentes* palmares et pedales, *deflorati* sesqui-*aut* 2-pedales, saepe altiores. *Folia* linearia, acuminata, carinata, *apice* triquetra, erecta, rigida, carina et margine scabra, culmo breviora. *Spica mascula* unica, terminalis, erecta, oblongo-cylindrica, foemineis longior. *Spicae foemin.* plerumque 2, rarius 3, erectiusculae, remotissimae, pedunculatae, cylindricae. *Bracteae* sub spicis foemineis longissimae, foliaceae, erectae, vaginantes, *basi* membranaceae albidae. *Squamae* fusco-purpureae, margine membranaceae, albescentes: in *floscul. mascul.* ovato-oblongae obtusae, in *foemineis* ovatae acutiusculae aristatae. *Capsulae* ovato-triquetrae, acuminatae, glabrae, virides,

pa-

patentes, ad angulos supremos asperae: *ore* 2-rostri. *Semina* ovata, triquetra, utrinque acuminata.

Variat *spicis masculis* binis.

32) *Carex pallescens* vaginis abbreviatissimis, spicis foemineis subcylindricis: fructiferis pendulis, squamis masculis ciliatis, capsulis oblongo-obtusis apice integris. *Bleiches Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 291. *Ejusd.* Enum. p. 960. *Pers.* syn. pl. p. 545. n 174. *De Vest.* M. b. p. 130. *Hoffm.* Germ. p. 234. *Roth.* Germ. I. p. 399. III. p. 449. *Smith.* Brit. p. 989. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 327. *Spreng.* Hal. p. 263. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 112. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 114. *Leers* Herb. p. 206. t. XV. f. 4. *Schkuhr.* Car. t. Kk. n. 99. *Host.* Gram. p. 55. t. 74.)

Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in pratis humidis, inque uliginosis.

Radix lignosa, fibrosa, fusca. *Culmi* erecti, acute triquetri, villosiusculi *aut* laeves, ad angulos scaberrimi: *floriferi* digitales et palmares, *capsuliferi* pedales et altiores. *Folia* latiuscula, carinata, acuminata, villosiuscula, pallide viridia, margine scabra, culmo florente breviora: *culmea* vaginantia. *Spica mascula* unica, terminalis, erecta, teres, acutiuscula, *superne* parum incrassata. *Spicae foemin.* plerumque 2, rarius 3 *aut* 4, alternae, pedunculatae, *mari* approximatae, saepius *flosculis* aliquot *masculis* terminatae: *florentes* ovali-cylindricae *aut* ovales erectae, *fructiferae* pendulae. *Bracteae* longae, foliaceae, erectae, culmum florentem longe superantes, *basi* undulato-plicatae, brevissime vaginatae, *infima* reliquis longior. *Squamae*

mae membranaceae, viridi-albescentes: in *flosculis masculis* subcuneatae, in *foemineis* apice interdum ciliatae, ovatae, acutae *vel* parum mucronatae. *Capsula* oblonga, subtriquetra, obtusissima, integra, viridi-fuscescens. *Semina* obovato-triquetra, acutiuscula.

Variat *spicis masculis* 2: *altera* breviori, et *spicis foemineis* subglobosis.

33) *Carex panicea* vagina infima subdimidiata: superioribus subaequantibus, spicis acutis remotis, squamis ovatis capsulam ovatam obtusiusculam apiceque integram subaequantibus. *Fenchartiges Riedgr. Hirsen-Segge, Fench-Segge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 280. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 544. n 156. *De Vest* M. b p. 131. *Hoffm.* Germ. p. 235. *Roth.* Germ. I. l. c. III. p. 450. *Smith.* Brit. p. 998. *Spreng.* Hal. l. c. *Wib.* Werth. p. 96. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter p. 328. *Hopp.* Taschenb.-97. p. 113. *Schw.* et *Koert.* Erl p. 114. *Leers* Herb. l. c. t. XV. f. 5. *Schkuhr.* Car. t. Ll. n. 100. *Host.* Gram. p. 59. t. 79.)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in pratis udis, in palustribus.

Radix repens, dense fibrosa, albida, *squamis* fuscis hinc inde tecta, saepissime stolonifera. *Culmi* erecti, triquetri, nudi, striati, angulis laevibus: *floriferi* digitales spithamaei, *fructigeri* palmares, pedales et altiores. *Folia* erectiuscula, brevia, canaliculata, planiuscula, *margine* scabra. *Spica mascula* terminalis, oblonga, cylindrica, acuta, densa, multiflora, *superne* parum incrassata. *Spicae foemin.* plerumque 2, rarius 3, oblongae, triquetrae, acutae, remotae, laxae, pedunculatae, interdum *flosculis* aliquot *masculis* terminatae.

Brac-

Bractea foliosa, acuminata, spica sua longior, vaginata. *Squamae* glabrae, ex albo et purpurascente variae, nervo dorsali viridi praeditae: in *maribus* oblongae obtusae dorso convexiusculae, in *foemineis* ovatae acutae compressae. *Capsulae* squamis longiores, ovatae, acutae, glabrae, subinflatae, in *orificium* tenue breve integrum desinentes: *maturae* patentes remotiusculae fuscescentes. *Semina* brevia, triquetra, fusca.

Variat saepe *capsulis* majoribus globosis *ustilagine* correptis et *crusta cinerea* nitida obductis.

34) *Carex sylvatica* vaginis longis non dimidiatis, spicis foemineis, praesertim inferioribus longe pedunculatis pendulis, capsulis ovatis acuminatis rostratis laxis apice tenui 2 - dentata terminatis. *Wald-Riedgr. Eichen - Segge.*

(*Pers.* syn. pl. l. c. n. 165. *De Vest* Man. b. p. 128. *Hoffm.* Germ. p. 236. *Roth.* Germ. I. p. 400. III. p. 457. *Smith.* Brit, p. 983. *Spreng.* Hal. p. 264. *Wib.* Werth. p. 97. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 332. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 119. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 112. *Schkuhr.* Car. t. Ll. n. 101. *Host.* Gram. p. 62. t. 84.)

C. Drymeja L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 296. Ehrh. Beitr. B. II. p. 37.

C. capillaris Leers Herb. p. 205. t. XV. f. 2.

C. patula Scopol. Carn. II. p. 226. t. 59. *Pollich.* Fl. palat. n. 896. *Allion.* Fl. pedem. n. 2340.

Perenn. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in sylvaticis, inque nemorosis ubique fere.

Radix crassa, ramosa, dense fibrosa, fusca. *Culmi* erecti, *apice* incurvi, firmi, foliosi, triquetri, *superne* scabriusculi, *inferne* laeves: *floriferi* semipedales et al-

altiores, *deflorati* 1-2-pedales. *Folia* latiuscula, carinata, acuminata, patulo-erecta, saturate viridia, dura, rigida, margine carinaque scabra, *basi* vaginantia et glabra, culmos florentes adaequantia. *Spica mascula* unica, terminalis, teres, gracilis, erecta: *foemineae* 4-5 alternae, longe pedunculatae, remotissimae, laxae, filiformes, pendulae, *folio infimo* bracteiformi praelongo suffultae. *Squamae* membranaceae, ovatae, albo-flavescentes, nervo dorsali viridi in mucronem saepius protenso praeditae: in *maribus* modo obtusae, modo acutae, interdum mucronatae, in *foemineis* acuminato-aristatae capsulam suam adaequantes. *Capsulae* laxe imbricatae, ovatae, longe mucronatae, glabrae, subinflatae, 2-rostres. *Semina* ovato-triquetra, utrinque acuminata, fusca.

Spicis sexu distinctis: masculis 2 vel pluribus, raro unica. Stigm. 3.

35) *Carex flacca* vaginis brevissimis aut nullis, spicis cylindricis: masculis 2, foemineis laxis; fructiferis pendulis, capsulis obtuso-ovatis apice integris. *Schlaffes Riedgr. haengende Segge.*

(*De Vest* Man. b. p. 132. *Hoffm.* Germ. p. 238. *Spreng.* Hal. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 336. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 125. *Shweigg.* et *Koert.* Erl. p. 113. *Schkuhr.* Car. t. O. P. n. 57. *Host.* Gram. p. 66. t. 90.)

C. recurva L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 298. *Ejusd.* Enum. p. 960. *Smith.* Brit. p. 999.

C. glauca Pers. syn. pl. p. 545. n. 181. *Scop.* Carn. II. p. 223. *Roth.* Germ. I. p. 401. III. p. 463. *Wib.* Werth. p. 98. *Pollich.* Fl. palatin. n. 894.

C. limosa β. Leers Herb. p. 204. t. XV. f. 3.

 Perenn.

Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in pratis et in sylvaticis udis, atque ad ripas passim copiose.

Radix fibrosa, repens, squamosa. *Culmi* erecti, *apicem* versus inflexi, obtuse triquetri, ad angulos scabri, ex viridi glauci, *inferne* foliati. *Folia* linearia, carinata, latiuscula, erecto-patula, *margine* retrorsum scabra, glauco-viridia, culmum florentem adaequantia. *Spicae masculae* 2-3, lineari-lanceolatae, erectae, graciles: *suprema* longissima, *reliquae* breviores. *Spicae foemineae* 2-4, longius pedunculatae, oblongo-cylindricae, alternae, flaccae, *demum* recurvae, pendulae. *Bracteae* erectae, foliaceae, longiusculae, vix vaginantes. *Squamae* glabrae, laeves, atro-purpurascentes, in *maribus* obovato-oblongae obtusae *superne* dilatatae, in *foemineis* ovatae acutiusculae muticae *aut* mucrone brevi terminatae. *Capsulae* ovatae, obtusae, glabrae, ventricosae, dense confertae, *maturae* rufae: *ore* integro. *Semina* brevia, triquetra, obovata, fusco-nigricantia.

Variat spica mascula solitaria, et spica foeminea infima e basi culmi longissime pedunculata. (*Wib.* Werth. l. c.)

36) *Carex paludosa* spicis masculis oblongis subtribus, foemineis cylindricis erectis, capsulis ovato-triquetris striatis apice 2-dentatis: dentibus brevibus subconniventibus. *Sumpf-Riedgr. Morast-Segge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 305. *Ejusd.* Enum. p. 961. *Pers.* syn. pl. p. 546. n. 198. *De Vest* M. b. p. 133. *Hoffm.* Germ. p. 239. *Smith.* Brit. p. 1002. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. p. 335. *Spreng.* Hal. p. 265.

Schw.

Schw. et *Koert.* Erl. p. 114. *Schkuhr.* Car. t. Oo. f. 101. *Host.* Gram. p. 68. t. 92.)

C. acutiformis Ehrh. Gram. 3. *Wib.* Werth. p. 98. *Perenn. Flor. April. Majo.*

Hab. in pratis udis, in sylvaticis paludosis et ad ripas.

Radix teres, *squamis* fuscis tecta, valde repens, *fibris* validis aucta. *Culmi* erecti, triquetri, glabri, ad angulos asperi, *inferne* foliosi: *florentes* 1-2-*fructiferi* 2-3-pedales, interdum altiores. *Folia* congesta, culmos florentes adaequantia, canaliculata, subacuta, ad oras et carinam aspera, ex glauco viridia: *infima externa* brevissima squamosa, *culmea* vaginantia. *Spicae masculae* 2-3, erectae *vel* parum incurvae, remotiusculae, oblongae, acutae *aut* obtusae; *suprema* maxima, *inferiores* saepius ad basin flosculis aliquot foemineis donatae. *Spicae foemin.* 3-4, subsessiles *aut* evidenter pedunculatae, suberectae, longae, arctae, subcylindricae, *basi* attenuatae. *Bracteae* foliis simillimae, *basi* amplexicaules: *inferiores* culmo longiores, *superiores* gradatim angustiores et breviores. *Squamae* saturate purpurascentes, glabrae, laeves; in *maribus* oblongae *basi* angustatae, *inferiores* obtusae, *supremae* acutae; in *foeminis* ovatae acutae *nervo* dorsali protenso mucronatae *aut* aristatae. *Capsulae* ovato-triquetrae, lineis elevatis notatae, obtusae, sordide purpureae, in *rostrum* brevissimum apice 2-dentatum terminatae: *dentibus* subconniventibus. *Semina* obovata, triquetra.

37) *Carex riparia* spicis masculis subquaternis, foemineis subternis oblongis subcylindricis medio incrassatis, capsulis ovato-lanceolatis striatis 2-fur-

 catis

cátis squama lanceolata cuspidata brevioribus. *Ufer-Riedgras.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 306. *Ejusd.* Enum. p. 962. *Pers.* syn. pl. l. c. n. 199. *Smith.* Brit. p. 1003. *Spreng.* Hal. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 334. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 120. *Schw* et *Koert.* Erl. l. c. *Schkuhr.* Car. t. Qq. Rr. n. 105.)

C. crassa Ehrh. Beitr. B. IV. p. 43. *De Vest* M. b. l. c. *Roth.* Germ. III. p. 462. *Wib.* Werth. p. 99. *Host.* Gram. p. 68. t. 93.
C. vesicaria Leers Herb. p. 208. t. XVI. f. 2. I.
Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in palustribus, ad lacus, fossas et ripas.

Radix teres, crassa, ramosa, valde repens. *Culmi* erecti, firmi, triquetri, glabri, ad angulos asperrimi: *florentes* pedales *aut* sesquipedales, *fructiferi* 2-3-pedales. *Folia* lata, linearia, carinata, dorso margineque scabra. *Vaginae* facie alba, membranaceae: *membrana* in fila fatiscente. *Spicae masculae* 3-5, erectae, oblongae, crassae, subcylindricae, congestae: *terminali* longissima. *Spicae foemin.* 3-5 pedunculatae, alternae, remotiusculae, erectae, crassae: *inferiores* elongatae inclinatae. *Squamae* glabrae, laeves: in *maribus* oblongae utrinque attenuatae, in *foeminis* ovatae acuminatae *linea viridi* per dorsi medium longitudinaliter decurrente notatae. *Capsulae* oblongae, teretes, acutae, inflatae, *lineis* striatae, glabrae, viridi-fuscae, in *rostrum* apice 2-fidum terminatae: *dentibus* furcatis. *Semina* obovato-triquetra, *basi* pedicellata, *apice* acumine brevi donata.

Spicae foemineae ustilagine persaepe corrumpuntur.

38)

38) *Carex vesicaria* spicis masculis 2-3 lineari-cylindricis, foemineis 2-4 oblongo-cylindricis: inferioribus pedunculatis nutantibus, capsulis ovato-oblongis teretiusculis inflatis nervosis patentibus squama lanceolata longioribus, culmo exacte triquetro. *Blasen-Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 307. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 547. n. 203. *De Vest* M. b. p. 134. *Hoffm.* Germ. p. 241. *Smith.* Brit. p. 1005. *Spreng.* Hal. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 337. *Hopp.* Taschenb. - 97. p. 123. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 115. *Leers* Herb. p. 207. γ. t. 16. f. 2. III. *Schkuhr.* Car. t. Ss. n. 106. *Host.* Gram. p. 72. t. 98.)

C. inflata Roth. Germ. III. p. 466. *Wib.* Werth. l. c. *Lightf.* Fl. scot. II. p. 567. *Sturm.* D. Fl. I. 2.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in locis aquosis, ad lacus, ad fossas, ad ripas, inque uliginosis nemorosis.

Radix repens, sordide alba, subsquamosa: *fibris* longis validis firmata. *Culmi* erecti, triquetri, striati, glabri, ad angulos asperi, *inferne* foliati: *floriferi* 1-2-pedales, *capsuliferi* adhuc majores. *Folia* latiuscula, linearia, carinata, acuminata, ad angulum et marginem scabra, culmum florentem vix attingentia: *culmea* vaginantia et culmo longiora. *Spicae masculae* 2-3 terminales, erectae, sessiles, remotiusculae, graciles, cylindricae: *foemineae* 2, rarius 3 *aut* 4, pedunculatae, alternae, remotae, oblongae, cylindricae, graciles, erectae; *fructiferae* incrassatae nutantes, interdum pendulae. *Bracteae* foliosae, amplexicaules: *inferior* culmo longior, *superiores* breviores atque angustiores. *Squamae* oblongae, acutae, glabrae, saturate *aut* dilute purpureae, *margine* albescentes, in

ma-

maribus longiores et latiores, in *foeminis* angustiores capsulis breviores. *Capsulae* oblongo-ovatae, striatae, inflatae, glabrae, nitidae: *rostro* apice *dentibus* 2 acutis et longiusculis praedito. *Semina* obovata, triquetra, lata, *stylo* coronata.

Variat non raro *spica foeminea superiore* sessili, et *inferioribus* brevius pedunculatis.

39) *Carex ampullacea* spicis cylindricis: masculis 2-4 gracilibus subsubulatis, foemineis 2-3 crassioribus pedunculatis, fructiferis patentibus, capsulis subglobosis inflatis rostratis 2-furcatis glabris squama lanceolata latioribus, culmo obtuse triquetro. *Flaschen-Riedgr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 308. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. n. 204. *De Vest* M. b. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 242. *Smith.* Brit. p. 1006. *Spreng.* Hal. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 338. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Schkuhr.* Car. t. Tt. n. 107. *Host.* Gram. p. 73. t. 99.)

C. *obtusangula Ehrh.* Gram. 50. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. p. 534.

C. *vesicaria Roth.* Germ. I. p. 401. III. p. 464. *Pollich.* Fl. palatin. n. 895 α. *Lightf.* Fl. scot. II. p. 566. *Leers* Herb. p. 207. t. XVI. f. 2. II.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in paludosis, ad ripas, fossas et stagna. (In paludosis prope *Abb. Heidenfeld*, *Schwarzach*, *Hassfurth*, *Zeil* etc. Ad ripas *Moeni* infra *Karlstadt*, *Gemünden* et *Zwing.* In palude dextrorsum versus *sylvam reichenbergensem.* In udis sylvaticis prope *Grossenlangheim*, im *Gramschatz*, in *sylva guttenbergica*, in sylvis prope *Klosterhausseu*, *Waldaschach*, *Waldberg*, *Ebenhaussen* et alibi.)

A praecedente, cui simillima, praecipue differt: *culmis* obtusius triquetris ad angulos minus scabris, *foliis* angustioribus magisque acuminatis, *spicis foemineis capsuliferis* angustioribus pendulis et *capsulis* exacte ampullaceis divergentibus pallidioribus.

Variat: *spica foemin. infima* longius pedunculata et *reliquis* subsessilibus.

Planta frequentior forte, uti videtur, et ob nimiam similitudinem cum priore primo intuitu neglecta.

40) *Carex hirta* tota pilosa, spicis omnibus oblongis, foemineis remotis erectis pedunculatis, pedunculis vaginatis, capsulis lanceolatis hirtis 2-cuspidatis squamam lanceolatam aristatam superantibus: *Kurzhaariges Riedgr. borstige Segge.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 311. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. n. 209. *De Vest* Man. bot. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 143. *Roth.* Germ. I. l. c. III. p. 467. *Smith.* Brit. p. 4007. *Wib.* Werth. p. 100. *Spreng.* Hal. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 339. *Hopp.* Taschenb.-97. p. 126. *Schw.* et *Koert.* Erl. l. c. *Leers* Herb. p. 208. t. XVI. f. 3. *Schkuhr.* Caric. t. Uu. n. 108. *Host.* Gram. p. 71. t. 96.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in arenosis ubique fere.

Radix ramosa, fusca, *squamis* oblongis acuminatis vestita, longe repens. *Culmi* erecti, triquetri, ad angulos scabri, *superne* nudi, *inferne* foliati et vaginis villoso-hirtis praediti, *florentes* circiter semipedales, *fructiferi* pedales, sesquipedales et altiores. *Folia* erecta, firma, latiuscula, hirta, carinata, striata, pallide viridia, *apicem* versus attenuata et triquetra. *Spicae masculae* 2-3, erectae, sessiles, subapproximatae,

ob-

longae, pubescentes, tenues, subacuminatae: *superior* maxima: *foemineae* alternae, remotae, pedunculatae, erectae, oblongae: *primo* graciliores *demum* crassiores obtusae *medio* parum ventricosae. *Bracteae* foliaceae, hirtae, pedunculum vagina includentes: *inferiores* culmum superantes, *suprema* minima lineari-subulata. *Squamae* superiori dorsi parte pilis consitae, in *maribus* oblongae pallide fusco-purpurascentes margine et basi albicantes, in *foeminis* lineari-lanceolatae angustae glabrae ciliatae pallide virides *nervo* dorsali elongato aristatae capsula breviores. *Capsulae* oblongo-lanceolatae, striatae, utrinque hirtae, pallidae, fuscae, in *rostrum* furcato-2-fidum attenuatae. *Semina* obovata, triquetra, *stylo* persistente coronata.

Variat *foliis* glabriusculis, *spica mascula* unica, et *culmo* in sterilissimis vix digitali.

Hujus *radices* plerumque in officinis nostris pro *rad. Caric. arenariae* venduntur.

Tetrandria.

401. Alnus, *Erle*, *Else.*

1) *A. glutinosa* foliis subrotundo-cuneatis obtusis subretusis glutinosiss axillis venarum subtus villosis. *Klebrige, gemeine Erle, Rotherle, Eller.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 334. E*jusd.* Enum. p. 964. *Pers.* syn. pl. II. p. 550. *Wib.* Werth. p. 148. *Spreng.* Hal. p. 266. *Bernh.* Erf. p. 91. *Rebent.* Neom. p. 74. *Moench.* Meth. p. 424. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 347. *Sturm.* D. Flor. I. 29.)

Betula Alnus Linn. syst. veg. p. 849. *Willd.* berl. Baumz. p. 44. *Hoffm.* Germ. II. p. 247. *De Vest*

M.

M. b. p. 137. *Roth.* Germ. I. p. 405. III. p. 476. *Smith.* Brit. III. p. 1013.

Arbor. Flor. Mart. Aprili ante frondescentiam.

Hab. ad ripas fluviorum et rivorum, inque udis nemorosis ubique.

Arbor plerumque alta: *trunco* recto *cortice* rimoso cinereo obducto. *Rami* alterni, tortuosi, patentes: *cortice* fuscescente glabro. *Lignum* molle, rubescens. *Folia* alterna, petiolata, rotundata, obtusa, saepe emarginata, crenata, laete viridia, glabra, subtus pallidiora, in axillis venarum costam versus barbata: *juniora* glutinosa. *Pedunculi* terminales, scabriusculi, ramosi. *Amenta masculina* elongata, cylindracea, pendula, purpurascentia; *foeminea* ovata obtusa stricta purpurascentia erectiuscula: *squamis* persistentibus, in conum demum longum densum nigricantem mutata. *Semina* compressa, subovata, non alata.

Variatio: *foliis* sinuatis, incisis *aut* laciniatis in hortis interdum occurrit.

2) *A. incana* foliis oblongis acutis subtus pubescentibus, axillis venarum nudis, stipulis lanceolatis. *Graue Erle, weisse Eller.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 335. *Ejusd.* Enum. p. 965. *Pers.* syn. pl. l. c. *Moench.* Meth. l. c.)

Betula incana Linn. supplem. p. 417. *Willd.* berl. Baumz. p 45. *Hoffm.* Germ. p. 248. *Roth.* Germ. III. p. 477. *De Vest* M. b. l. c. *Ehrh.* Beitr. III. p 22.

Arbor. Flor. Mart. Aprili ante folia enata.

Hab. in sylvaticis montosis. (In sylvaticis prope *Kissingen*, *Waldaschach*, *Klosterhaussen*, *Waldfenster*, *Oberebersbach*, in *montibus rhoenanis* sic dictis

ni-

nigris, auf *der Milzeburg* et *dem Eyershack*, in montibus *Ressberg* et *Semmelberg*, prope *Bischofsheim*, *Thann*, alibique.)

Praecedenti valde similis, sed differt: *ligno* atque *cortice* albido, *ramis* magis erectis, *foliis* ovatis acutis inaequaliter serratis nunquam glutinosis *supra* viridibus hirsutis *subtus* incanis pubescentibus, et *amentis masculinis* crassioribus longioribus ochroleucis.

402. URTICA, *Brenn-Nessel.*

1) *U. urens* foliis ovalibus, spicis glomeratis axillaribus folio brevioribus, floribus monoicis. *Kleine Brenn-Ness. Eyternessel, Krebsnessel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 352. *Ejusd.* Enum. p. 966. *Pers.* syn. pl. II. p. 552. *Hoffm.* Germ. II. p. 248. *De Vest* M. b. p. 138.)

U. minor Moench. Meth. p. 352.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in cultis, ad muros et plateas ubique.

Planta tota *setis urentibus* vestita. *Radix* fibrosa. *Caulis* digitalis, palmaris, pedalis et altior, erectus, tetragonus, plus minusve ramosus, viridis *aut* rubellus. *Folia* opposita, petiolata, ovalia, obtusa, serrata, sub-5-nervia, *subtus* glabra. *Racemi* axillares, ramosissimi: *floribus* fasciculatis sessilibus.

2) *U. dioica* foliis cordatis, racemis geminis folio longioribus, floribus dioicis. *Grosse Benn-Nessel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 553. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Herb. Bl.* t. 12. *Mas.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab.

Hab. in ruderatis, ad muros et sepes ubique copiose.

Radix repens. *Caulis* 2-3-pedalis et major, erectus, tetragonus, *setis urentibus* obsessus. *Folia* opposita, petiolata, cordato-ovata, acuminata, serrata, rugosiuscula, *setis urentibus* dense obducta. *Flores* in distincta planta dioici. *Racemi* axillares, longi, patentes, ramosissimi, multiflori.

403. Morus, *Maulbeerbaum.*

1) *M. alba* foliis oblique cordatis sublobatis indivisis inaequaliter serratis laeviusculis. *Weisser Maulbeerb.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 368. *Ejusd.* Enum. p. 967. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 195. *Pers.* syn. pl. II. p. 557. *De Vest* M. b. p. 136. *Schkuhr.* b. H. t. 290.) *Arbor. Flor. Majo.*

Hab. in hortis, ad vias et ambulacra.

Arbor mediocris, ramosissimus, *cortice* cinereo demum rimoso obductus: *ramis* patentissimis divaricatis. *Lignum* durum, luteo-album. *Folia* alterna, breviter petiolata, ovata, obtuse dentata, lobata indivisaque, *basi* profunde cordata atque obliqua, utrinque nitida glabra. *Amenta* breviter pedunculata, axillaria, elliptica: *floribus* ex viridi-albidis. *Fructus* dulcissimi, albidi, rarius carnei *aut* nigri, *maturi* mox decidentes.

Foliorum forma admodum variat. Mox enim lobata *aut* indivisa, mox lyrata *aut* pinnata adparent.

2) *M. nigra* foliis cordatis ovatis lobatisve inaequaliter dentatis scabris. *Schwarzer Maulbeerb.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 369. *Ejusd.* Enum. l. c.

Ejusd.

Ejusd. berl. Baumz. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Herb. Bl.* t. 126.)

Arb. Flor. Majo.

Hab. cum praecedente, sed multo rarius.

Foliis sub-5-lobis obtusiusculis scabris, *floribus* dioicis et *fructibus* longioribus crassioribusque *semper* nigricantibus ab antecedente imprimis diversa.

Pentandria.

404. Xanthium, *Spitzklette, Igelsklette.*

1) *X. strumarium* inerme, foliis cordatis 3-nervatis. *Gemeine Spitzkl. Kropfklette, Bettelläuse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 373. *Ejusd.* Enum. p. 968. *Pers.* syn. pl. II. p. 558. *Hoffm.* Germ. II. p. 256. *De Vest* M. b. p. 138. *Schkuhr.* b. H. t. 291. *Herb. Bl.* t. 444.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in arenosis ad ripas passim copiose.

Caulis palmaris, 1-2-pedalis, erectus, dichotomus, teres, scabriusculus. *Folia* alterna, longius petiolata, cordata, lobata, dentata, trinervata, pubescentia, scabra. *Flores* albido-lutescentes: *masculi* in capitulum terminale ovatum *calyce* polyphyllo imbricato cinctum congesti, *foeminei* infra masculos gemini nudi *involucro* 2-phyllo suffulti. *Drupa* sicca, setis rigidis undique obsessa, *apice* 2-cornis.

Polyandria. (Stam. ultra 7.)

405. Ceratophyllum, *Hornblatt, Wasserhorn, Zinken.*

1) *C. demersum* fructibus 3-spinosis. *Rauhes Hornbl.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 405. *Ejusd.* Enum. p. 971. *Pers.* syn. pl. II. p. 563. *Hoffm.* Germ. II. p. 252. *De Vest* M. b. p. 144. *Schkuhr.* b. H. t. 297.)
Dichotophyllum demersum Moench. Meth. p. 345.
Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in aquis stagnantibus, in fossis.

Planta sub aquis natans. *Caules* plurimi, praelongi, filiformes, debiles, glabri, valde ramosi, dichotomi, virides, saepe etiam rubelli. *Folia* 6-8 in quovis verticillo, canaliculata, linearia, scabra, duriuscula: *inferiora* remota subinermia, *superiora* inflato-tubulosa *apice* incrassata extrorsum dentata maxime approximata. *Flores* parvi, axillares, subsolitarii, sessiles. *Capsula* ovata, inflata, glabra, nigricans, sessilis, *spina terminali* longa recta, et basin versus 2 brevioribus divaricatis praedita.

2) *C. submersum* fructibus inermibus. *Glattes Hornbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.)
Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. cum praecedente, sed rarius.

Differt a praecedente maxime affini: *caulibus* tenerioribus minus ramosis, *foliis* longioribus et angustioribus minus congestis glabris ac profundius divisis, *capsulis* magis obtusis *acumine* brevi obtuso terminatis: *basi* constanter inermibus.

406. MYRIOPHYLLUM, *Tausendblatt, Federkraut.*

1) *M. spicatum* foliis omnibus pinnatis capillaceis

ceis, spica terminali verticillata nuda. *Aehrenblüthiges Tausendbl. Wassergarbe.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 406. *Pers.* syn. pl. II. p. 563. *Hoffm.* Germ. II. p. 252. *De Vest* M. b. p. 144.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in fossis et in stagnis majoribus fere ubique.

Planta caespitosa, natans, immersa. *Caules* longi, teretes, articulati, ramosi, dichotomi, *superne* foliosi. *Folia* 4 - 5 - 6 et plura, verticillata, patentia, glabra, obscure viridia, pinnata: *pinnis* oppositis alternisque setaceis. *Spica* terminalis, supra aquam eminens, interrupta: *floribus* verticillatis, *superioribus* masculis purpurascentibus nudis, *inferioribus* foemineis parvis apetalis, *bracteis* 3 obtectis.

2) *M. verticillatum* foliis pinnatis capillaceis: superioribus pectinato - pinnatifidis, floribus axillaribus verticillatis. *Quirlblüthiges Tausendbl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 407. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 253. *De Vest* M. b. l. c.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. cum praecedente, sed rarius.

Caulis simplex, magis erectus. *Folia* verticillata, pinnata: *pinnis* angustissimis subcarnosis. *Flores* albidi: *omnes* in alis foliorum verticillati, saepissime hermaphroditi et foeminei.

407. Sagittaria, *Pfeilkraut.*

1) *S. sagittaefolia* foliis sagittatis acuminatis. *Gemeines Pfeilkr.*

L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 408. *Ejusd.* Enum. p. 971. *Pers.* syn. pl. II. p. 563. *Hoffm.* Germ. II. p. 253. *De Vest* M. bot. p. 143. *Schkuhr.* b. H. t. 298. *Knorr.* thes. II. t. S. 2.)

Sagitta sagittifolia Moench. Meth. p. 219.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad lacus et ripas passim non infrequens.

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, angulosus, sulcatus, simplex, nudus. *Folia omnia* radicalia, exacte sagittata, nervosa, integerrima, glabra, laete viridia: *petiolis* praelongis erectis 3-angularibus. *Flores* albi, subtus rubentes, pedunculati, verticillati, 3-petali: *superiores* numerosiores masculi, *inferiores* foeminei.

Folia primordialia linearia *aut* ovata.

408. Poterium, *Becherblume.*

1) *P. Sanquisorba* spicis ovatis, foliis pinnatis, caule subanguloso. *Gemeine Becherbl. welsche Pimpinelle, Nagelkraut, Heiligenbart.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 421. *Ejusd.* Enum. p. 973. *Pers.* syn. pl. II. p. 566. *Hoffm.* Germ. II p. 254. *De Vest* M. b. p. 143. *Schkuhr.* b. H. t. 300. *Herb. Bl.* t. 413.)

Sanquisorba minor Scop. I. p. 110.

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in montosis, in collibus et in pratis siccioribus ubique.

Radix lignosa. *Caulis* pedalis et altior, erectus, angulatus, striatus, ramosus, villosiusculus *aut* glaber,

striis

striis punctisque rubris plerumque adspersus. *Folia* alterna, impari-pinnata: *foliolis* elliptico-subrotundis dentatis reticulatis glaucescentibus, pubescentibus *aut* glabriusculis. *Capitula* terminalia, longe pedunculata, erecta, ovata, obtusa, multiflora: *floribus* sessilibus viridi-purpurascentibus, *inferioribus* masculis, *superioribus* foemineis. *Filamenta* longissima, capillaria, dependentia, purpurea.

Variat *floribus* totis viridibus *aut* albidis.

409. QUERCUS, *Eichbaum.*

1) *Q. Robur* foliis longe petiolatis oblongis sinuatis, fructibus sessilibus confertis. *Gemeiner Eichb. Stein-Eiche, Klebeiche, Wintereiche.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 450. *Ejusd.* Enum. p. 977. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 277. *Pers.* syn. pl. II. p. 570. *Hoffm.* Germ. II. p. 251. *De Vest* M. b. p. 142. *Schkuhr.* b. H. t. 301. b. *Kern.* Beschr. t. 8.)

Q. sessiliflora Smith. Brit. III. p. 1026.

Arbor. Flor. Majo simul cum foliis erumpentibus.

Hab. ubique et copiose in sylvis.

Arbor praealta, maxime longaeva: *cortice* rimoso fusco-cinereo, *ramis* alternis *cortice* glabro vestitis. *Folia* alterna, petiolata, oblonga, obtusa, *superne* latiora, utrinque glabra, reticulata, acute sinuata: *lobis* ovatis obtusis. *Amenta masculina* longa, laxa, multiflora, pendula, axillaria, fasciculata et solitaria, dilute lutescentia: *foeminea* supra mascula, omnino fere sessilia, multo breviora; *floribus* parvis rubellis. *Fructus* conferti, sessiles.

2) *Q. pedunculata* foliis breviter petiolatis oblongis sinuatis, fructibus longe pedunculatis subsolita-

tariis. *Gestielte Eiche, Stieleiche, Traubeneiche, Sommereiche.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 178. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Schkuhr.* b. H. t. 301. a. *Kern.* t. 9. *Herb. Bl.* t. 487. *Knorr.* thes. I. t. E. 2.)

Q. Robur Linn. sp. pl. p. 1414. *Smith.* Brit. l. c.

Q. racemosa Lamarck. Encycl. I. p. 708.

Q. fructipendula Schrank. bajer. Fl. I. p. 660.

Q. foemina Roth. Germ I. p. 408. III. p. 488.

Arbor. Flor. cum antecedente.

Hab. in sylvis, et in nemoribus ubique.

A praecedente simillima: *foliis* brevissime petiolatis *superne* angustioribus profundius sinuatis, et *fructibus* longioribus longe pedunculatis solitariis *aut* 2 *aut* 3 conjunctis constanter differt.

Perpulchra hujus variatio: *statura* omnino pyramidali, *ramis* omnibus a basi trunci ad apicem exeuntibus (Vid. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 366. *Gmelin.* Fl. bad. III. p. 699. *Querc. pyramidalis*) ex traditione venatoris cujusdam periti etiam in sylvis nostris latitare videtur. Ipsemet eam nondum vidi.

410. JUGLANS, *Nussbaum, Wallnuss.*

1) *I. regia* foliolis subnovenis ovalibus glabris subserratis, fructibus globosis. *Gewoehnlicher Nussb. gemeine Walln. welsche Nuss.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* IV. p. 455. *Ejusd.* Enum. p. 978. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 153. *Pers.* syn. pl. II. p. 566. *De Vest* M. b. p. 140. *Herb. Bl.* t. 247. *Knorr.* thes. I. t. N. 7.)

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. in hortis, ad sepes, ad pagos et vias ubique.

Arbor excelsa, notissima: *cortice* cinereo nitente. *Folia* alterna, impari pinnata: *foliolis* 5-9-11 ovalibus acutis *basi* inaequalibus subserratis utrinque glabris odoratis; *impari* maximo. *Amenta masculina* cylindracea, crassa, longa, e viridi lutescentia. *Calyx* 6-partitus. *Flores foeminei* congesti. *Calyx* campanulatus, 4-fidus. *Stigmata* 2 reflexa, subsessilia. *Nux* globosa: *junctura* prominula.

Variat *foliolis* angustioribus et longioribus, *nucibus* majoribus *vel* minoribus et perquam fragilibus.

411. Fagus, *Buche, Buchenbaum.*

1) F. *sylvatica* foliis ovatis glabris repandis subundulatis ciliatis. *Gemeine Buche, Rothbuche, Mastbuche.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 459. *Ejusd.* Enum. p. 979. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 113. *Pers.* syn. pl. II. p. 571. *Hoffm.* Germ. II. p. 255. *De Vest* Man. b. p. 142. *Schkuhr.* b. H. t. 303. *Kern.* t. 10.)

Arbor. Flor. April. Majo simul cum foliis erumpentibus.

Hab. ad sepes et in sylvis ubique abunde.

Arbor saepissime praealta, longaeva, crassa, ramosissima: *cortice* laevi glabro cinereo. *Lignum* perdurum. *Folia* alterna, petiolata, glabra, ovata, acuminata, nitida, laete viridia, margine parum undulata et ciliata: *juniora* pilosa. *Amenta mascula* terminalia, fasciculata, subrotunda, villosa, longius pedunculata. *Flores foeminei* infra amenta mascula, subsolitarii: *pedun-*

dunculo vilosissimo. *Capsula* sublignosa, sericea: *aculeis* simplicibus mollibus recurvis undique muricata. *Semina* triquetra, fusca.

412. Betula, *Birke.*

1) *B. alba* foliis deltoidibus acutis duplicato-serratis glabris. *Weisse B. Weissbirke, Hangbirke, Maye.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 462. *Ejusd.* Enum. p. 980. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 36. *Pers.* syn. pl. II. p. 572. *Hoffm.* Germ. II. p. 245. *De Vest* Man. b. p. 136. *Schkuhr.* b. H. t. 288. *Herb. Bl.* t. 240.)

Arbor. Flor. April. Majo cum foliis erumpentibus.

Hab. in sylvis et nemoribus abunde.

Arbor saepe praealta, longaeva: *cortice* rimoso niveo obtecta. *Rami* alterni, ramosi, viminei, *cortice* brunneo glabro punctis albidis adsperso vestiti: *juniores* magis erecti, *adultiores* penduli. *Folia* alterna, petiolata, ovato-deltoidea, acuminata, inciso-serrata, nitida, glabra: *juniora* glanduloso-punctata. *Amenta mascula* plerumque gemina, longa, teretia, cylindracea, obtusa, pendula: *squamis* ex 3 squamulis coloratis compositis, *media* maxima *lateralibus* incumbente. *Amenta foeminea* solitaria, ovato-oblonga, *primo* erecta, *demum* nutantia. *Semina* alata.

Arbor praecipue grandaeva variat: *ramis* elongatis flaccidis pendulis tuberculato-scabris. (*Bet. pendula Roth.* Germ. I. p. 405. III. p. 476. *Schrank.* bajer. Fl. I. p. 418.)

2) *B. pubescens* foliis deltoidibus acutis subcordatis duplicato-serratis subtus ramulisque pubescentibus. *Feinhaarige B. Sommer-Birke, Haarbirke, Riechbirke, Pfingstmaye.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 146. *Ehrh.* Beitr. VI. p. 98.)

B. odorata Bechst. Forstb. 1810. p. 268. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 345.

Arbor. Flor. cum antecedente.

Hab. in sylvis et in nemoribus rarius.

Differt a praecedente: *statura* multo minore, *ramulis* undique pubescentibus et *foliis* pubescentibus grate odoris.

413. Carpinus, *Hainbuche*, *Steinbuche.*

1) *C. Betulus* strobilorum squamis 3-partitis, foliis ovatis acuminatis duplicato-serratis. *Gemeine Hainb. Weissbuche, Hagenbuche, Hornbaum.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* IV. p. 467. *Ejusd.* Enum. p. 982. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 52. *Pers.* syn. pl. II. p 572. *Hoffm.* Germ. II. p. 255. *De Vest* Man. b. p. 141. *Schkuhr.* b. H. t. 304. *Kern.* t. 11.)

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. in nemoribus, in sylvis et ad sepes ubique.

Arbor mediocris: *cortice* cinereo laevi, *ramis* copiosis alternis. *Lignum* tenacissimum, durum, albidum. *Folia* alterna, petiolata, ovata, acuminata, duplicato-serrulata, utrinque glabra, laete viridia, *nervis* rectissimis parallelis percussa: *juniora* plicata. *Glandulae* ovatae, rubellae, ad petiolorum basin. *Amenta masculina* lateralia, solitaria, cylindrica, obtusa, nutantia: *squamis* concavis ciliatis ferrugineis. *Ament. foeminea* terminalia, laxa: *squamis* elongatis linearibus planis recurvis *racemum* demum longum formantibus.

414. Corylus, *Haselnussstrauch*, *Haselstaude.*

1) C. *Avellana* stipulis oblongis obtusis, calycibus fructus campanulatis apice patulis lacero-dentatis, nucibus oblongis. *Gemeiner Haselnussstr. Hasel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 470. *Ejusd.* Enum. p. 983. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 79. *Pers.* syn. pl. II. p. 571. *Hoffm.* Germ. II. p. 255. *De Vest* M. bot. p. 141. *Schkuhr.* b. H. t. 305. *Knorr.* thes. II. t. C. 5. *Herb. Bl.* t. 293.)

Frutex. Flor. Januario - Martio ante folia enata.

Hab. in nemoribus, in sylvis, in dumetis et ad sepes ubique.

Frutex altus, fortis: *ramis* alternis, *junioribus* piloso-scabris. *Folia* alterna, brevius petiolata, rotundata, acuminata, *basi* cordata, inaequaliter serrato-dentata, rugosa, margine et subtus in venarum axillis pilosa. *Amenta mascula* terminalia, longa, cylindrica, pendula, tremula, multiflora, flavescentia: *pedunculis* ramosis. *Flores foeminei* in gemmis ramulorum, terni *aut* quaterni, rarius plures. *Styli* exserti, sanquinei. *Calyx* primo exiguus, demum ampliatus, coriaceus, 2-lobus, apice lacer, *nucem* oblongam laevem duram continens.

Plures in hortis nostris variationes ratione *figurae* et *coloris* nucum, *calycis* longioris et brevioris invicem distinctae existunt.

2) C. *arborescens* stipulis linearibus, calycibus fructus pinnatifidis, nucibus globosis superne planis. *Haselnussbaum, türkischer Haselbaum.*

(*Münch.* Hausv. V. p. 142. *Schrank.* baj. Fl. I. p. 659.

659. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 376. *Du Roi* Harbk. Baumz. I. p. 270. *Seutter*. Forstw. p. 254. *Borkh.* Holzart. p. 118.)

Arbor. Flor. Martio ante frondescentiam.

Hab. in hortis hinc inde.

Statura imprimis arborea, *stipulis* linearibus et *fructibus* globosis superne planis a praecedente constanter diversa.

415. Platanus, *Platanbaum.*

1) *Pl. occidentalis* foliis lobatis basi obtusis subtus sublanatis. *Abendlaendischer Platanb. Wasserbuche.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 474. *Ejusd.* Enum. p. 984. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 225. *Pers.* syn. pl. II. p. 572. *Wangenh.* Beitr. p. 31. t. 13. f. 31.)

Pl. lobata Moench. Meth. p. 358.

Arbor. Flor. Majo inter eruptionem foliorum.

Hab. in America boreali. (In hortis et passim etiam ad ambulacra e. gr. *in monte St. Nicolai* in via versus *der Capelle* occurrit.)

Arbor excelsa, altitudinem non raro 60-70 pedum attingens: *ramis* copiosis maxime divaricatis. *Cortex* dilute cinereus, deciduus. *Folia* alterna, longe petiolata, ampla, 5-angularia, acuminata, obsolete lobata, dentata, *basi* cuneata, obscure viridia, nitida, *subtus* pubescentia. *Amenta* exacte globosa, multiflora: *pedunculis* praelongis saepius divisis.

Variat valde *foliorum* figura.

416. Arum, *Aron, Zehrwurz.*

1) *A. maculatum* foliis hastatis integerrimis, spa-

dice clavato obtuso. *Gefleckter Aron, Aronswurz, Magenwurz, deutscher Ingwer.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 483. *Ejusd.* Enum. p. 986. *Pers.* syn. pl. II. p. 574. *Hoffm.* Germ. II. p. 249. *De Vest* M. b. p. 790. *Herb. Bl.* t. 228. *Knorr.* thes. II. t. A. 11.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis umbrosis frequenter.

Radix tuberosa, carnosa, mucilaginosa: *recens* acerrima, *siccata* farinosa multo mitior. *Folia* radicalia, petiolata, glabra, integerrima, viridia, *maculis* plerumque nigris *aut* albidis notata, hastato-sagittata: *lobis* deflexis. *Scapus* simplex, brevis, erectus. *Spatha* ventricosa, cucullata, acuta, pallide virens, persistens. *Spadix* erectus, purpurascens, *superne* clavatus et nudus. *Baccae* succosae, coccineae.

Variat *foliis* immaculatis.

Omnes plantae partes degustatae linquam acrimonia urente diutissime vexant.

Monadelphia.

417. Pinus, *Fichte.*

1) *P. sylvestris* foliis geminis rigidis, conis pyramidatis. *Gemeine Fichte, Foehre, Kiefer, Kienbaum.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 494. *Ejusd.* Enum. p. 988. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 205. *Pers.* syn. pl. II. p. 578. *Hoffm.* Germ. II. p. 256. *De Vest* M. b. p. 139. *Herb. Bl.* t. 190. *Kern.* oekon. Pfl. t. 472.)

Arbor. Flor. Majo.

Hab. ubique in sylvis.

Arbor plerumque alta, valde ramosa, erecta, *corti-*

ce

ce rimoso obducta: *ramis* verticillatis strictis tuberculatis, *vetustioribus* alternis. *Folia* ex singulis gemmis membranaceis bina, recta, rigida, linearia, acuta, glabra, sempervirentia, *supra* canaliculata, *subtus* convexa. *Amenta masculina* terminalia, dense spicata, flava, in formam *thyrsi* aggregata, *foliis supremis* terminata; *foeminea* inferiora, solitaria *aut* terna, ovato-conica: *squamis* arcte adpressis coriaceo-ligneis.

Variat *statura* omnino fructicosa, *truncis* humilioribus, *mox* decumbentibus, *mox* oblique adscendentibus, *foliis* latioribus, brevioribus et glaucis, atque *conis* minimis mucronatis.

2) *P. Larix* foliis fasciculatis deciduis, conis subglobosis. *Lerchen-Fichte, Lerchenbaum, Terpentinbaum.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 503. *Ejusd.* Enum. p. 989. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 216. *Pers.* syn. pl. p. 579 *Hoffm.* Germ. p. 257. *De Vest* M. b. p. 140. *Herb. Bl.* t. 477. *Kern.* oekon. Pfl. t. 455.)

P. laricina Moench. Meth. p. 364,

Larix decidua Mill. Dict. n. 1.

L. ommunis Seutt. Forstw. p. 486.

Arbor. Flor. Majo.

Hab. in alpibus Europae australioris. (In hortis et passim etiam in sylvis e. gr. in *sylva guttenbergica* quasi sponte.)

Arbor mediocris, saepe alta, recta: *ramis* alternis debilibus angulosis. *Folia* fasciculata, *tuberculo cylindraceo* insidentia, linearia, acuta, *basin* versus attenuata, laete viridia, glabra, maxime decidua. *Amenta* lateralia: *mascula* ovato-subrotunda deorsum spectantia, *foeminea* erecta purpurea.

3)

3) *P. Abies* foliis solitariis tetragonis, conis oblongis pendulis. *Tannen-Fichte, Rothtanne, Pechtanne, Fichtenbaum.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 506. *Ejusd.* Enum. p. 990. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 221. *Pers.* syn. pl. p. 579. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Herb. Bl.* t. 198.)

P. Picea Du Roi Harbk. Baumz. II. p. 110. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 328.

Arbor. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis.

Arbor altissima, recta, longaeva, speciosa: *forma* fere pyramidali, *ramis* subhorizontalibus. *Folia* sparsa, bifariam versa, crassiuscula, linearia, tetragona, acuminata, viridia, glabra, e *vagina brevi oblonga* solitaria. *Strobili* oblongi, acuminati, penduli: *squamis* ovalibus, *margine* undulatis laceris.

Variat *ramulis* elongatis pendulis.

4) *P. Picea* foliis solitariis planis emarginatis pectinatis, conis oblongis erectis. *Edel-Fichte, Edeltanne, Weisstanne.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 504. *Ejusd.* Enum. p. 989. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 217. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Herb. Bl.* t. 203. *Kern.* oekon. Pfl. t. 468.)

P. alba Mill. Dict. n. 1.

P. Abies Du Roi Harbk. Baumz. II. p. 95. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 379.

Arbor. Flor. Majo.

Hab. rarius in sylvis.

Arbor praealta, longaeva, altitudine nonnunquam 180 pedum, recta, *cortice* cinereo obducta: *ramis* verti-

ticillatis et simpliciter oppositis, saepe depressis. *Folia* e vagina membranacea brevi solitaria, densa, pectinata, linearia, obtusa, plana, emarginata, bifida, dura, glabra, *supra* laete viridia, *subtus* albida: *costa* viridi eminente. *Strobili* oblongi, erecti: *squamis* subrotundis planis *basi* attenuatis.

418 Cucumis, *Gurke.*

1) *C. sativus* foliorum angulis rectis, fructibus oblongis scabris. *Gemeine Gurke, Cucumer, Kümerling.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 615. *Ejusd.* Enum. p. 999. *Pers.* syn. pl. II. p. 594. *Herb. Bl.* t. 4.)

Ann. Flor. aestate.

Hab. in India orientali, in Tataria. (In hortis, inque vineis frequentissime colitur.)

Planta in hortis culinariis vulgatissima: *caule* decumbente *aut* scandente, *foliis* alternis dentatis angulatis cum *petiolis* scabris. *Cirrhi* simplices, glaberrimi. *Flores* flavi. *Fructus* varie longi, scabri.

Dantur variationes: *fructibus* magis minusve viridibus, albidis s. ex luteo albidis.

419. Bryonia, *Zaunrübe, Gichtrübe, Stickwurz.*

1) *Br. alba* floribus monoicis. *Weisse Zaunr. schwarzbeerige Gichtwurz.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 621. *Ejusd.* Enum. p. 1000. *Pers.* syn. pl. II. p. 595. *Hoffm.* Germ. II. p. 258. *De Vest* M. b. p. 135. *Kern.* oekon. Pfl. t. 32. *Schkuhr.* b. H. t. 316. *Herb. Bl.* t. 533. *Knorr.* thes. I. t. Z. 2.)

Perenn.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad sepes fere ubique.

Radix crassa, fusiformis, albida. *Caules* plures, praelongi, debiles, scandentes, flexuosi, angulosi, scabri, ramosi. *Folia* alterna, petiolata, palmato-5-loba, sinuata, calloso-scabra, *cirrhis spiraliter contortis* opposita. *Flores* pedunculati, axillares, racemosi, flavescentes: *venis* viridibus picti. *Baccae* globosae, *maturae* nigrae.

2) *Br. dioica* floribus dioicis. *Zweihäussige Zaunr. rothbeerige Gichtrübe.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Jacq.* Austr. t. 199. *Herb. Bl.* t. 37.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad sepes, sed rarius.

A praecedente: *floribus* dioicis et *baccis* rubris facillime distinquitur.

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

MONANDRIA.

420. Najas.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1488. *De Neck. el. b. n.* 1673. *Borkh. tent. n.* 367.

Masc. *Cal.* 2-fidus. *Cor.* 1-petala 4-fida. *Anthera* sessilis.

Foem.

Foem. *Cal.* et *cor.* o. *Capsula* 1-locularis.

Diandria.

421. Salix.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1493. *De Neck. el. b. n.* 1657. *Borkh. tent. n.* 249.

Masc. *Ament.* squamis 1-floris ecorollatis. *Staminum* numerus varius. (1-2-3-4-5.) *Glandula* nectarifera ad basin squamae.

Foem. *Ament.* ut in mare. *Stylus* 2-fidus. *Capsula* 1-locularis 2-valvis. *Semina* basi lanata.

Triandria.

422. Empetrum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1496. *De Neck. el. b. n.* 1180. *Borkh. tent. n.* 128.

Masc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* 3-petala. *Stam.* 3 longa.

Foem. *Cal.* et *cor.* maris. *Styli* plerumque 9. *Bacca* 9-sperma.

Tetrandria.

423. Viscum.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1504. *De Neck. el. b. n.* 1455. *Borkh. tent. n.* 611.

Masc. *Cal.* 4-fidus corollinus. *Cor.* o. *Antherae* paucae subrotundae sessiles calycis laciniis adnatae.

Foem. *Cal.* 4-phyllus superus. *Cor.* o. *Stylus* minimus: *stigmate* capitato. *Bacca* glutinosa 1-sperma. *Sem.* cordatum.

Pen-

Pentandria.

424. SPINACIA.

Tournef. El. d. Bot. p. 424. *t.* 308. *Gaertn. II. p.* 198. *t.* 126. *Borkh. tent. n.* 40.

Masc. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* o. *Filamenta* capillaria.

Foem. *Cal.* 4-partitus persistens. *Cor.* o. Styli 4. *Sem.* unicum calyce indurato nunc inermi, nunc spinoso tectum.

425. CANNABIS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1522. *De Neck. el. b. n.* 932. *Borkh. tent. n.* 149.

Masc. *Cal.* 1-phyllus 5-partitus. *Cor.* o. *Antherae* tetragonae.

Foem. *Cal.* 1-phyllus integer altero latere hians. *Cor.* o. *Styli* 2. *Nux* glabra 2-valvis intra calycem clausum.

426. HUMULUS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1523. *De Neck. el. b. n.* 951. *Borkh. tent. n.* 243.

Masc. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Antherae* 5 apice biporosae.

Foem. *Flores* in strobilum collecti. *Cal.* 1-phyllus ovatus maximus oblique patens integer. *Cor.* o. *Styli* 2. *Sem.* unicum nudum calyce alatum.

Octandria.

427. POPULUS.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1531. *De Neck. el. b. n.* 1656. *Borkh. tent. n.* 250.

Masc. *Amentum* cylindraceum: *squamis* imbricatis

1-floris laceris. *Cor.* infundibiliformis obliquata integra altera superficie staminifera.

Foem. *Ament.* et *cor.* maris. *Stigma* 4-fidum. *Capsula* ovata *vel* globosa 2-locularis polysperma. *Sem.* antice papposa.

Enneandria.

428. Mercurialis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1534. *De Neck. el. b. n.* 1133. *Borkh. tent. n.* 125.

Masc. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Antherae* globosae didymae.

Foem. *Cal.* et cor. maris. *Styli* 2. *Caps.* dicocca 2-locularis 1-sperma.

429. Hydrocharis.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1535. *De Neck. el. b. n.* 1819. *Borkh. tent. n.* 84.

Masc. *Spatha* 2-phylla. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-petala. *Filamenta* 3 *interiora* stylifera.

Foem. *Spatha* o. *Cor.* et *cal.* maris. *Styli* 6 2-fidi. *Caps.* 6-locularis polysperma infera.

Monadelphia.

430. Juniperus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1552. *De Neck. el. b. n.* 1666. *Borkh. tent. n.* 345.

Masc. *Amentum.* conicum sessile. *Cal.* squama trigona peltata 1-flora. *Cor.* o. *Stam.* 3 coalita.

Foem. *Cal.* 3-partitus. *Petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* calycina 3-sperma: *tuberculis* 3 ad basin et 3 ad apicem.

431.

431. Taxus.

L. Gen. pl. ed. Schr. n. 1553. *De Neck. el. b. n.* 1664. *Borkh. tent. n.* 308.

Masc. *Cal.* polyphyllus imbricatus: *squamis* rotundatis. *Cor.* o. *Stam.* plurima connata receptaculo inserta. *Antherae* peltatae 8 - fidae.

Foem. *Cal.* et *cor.* ut in mare. *Stigma* 1 in ovario sessile. *Sem.* 1 receptaculo demum baccato apice pervio involucratum.

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

MONANDRIA.

420. Najas, *Najade.*

1) *N. monosperma* foliis lanceolatis dentatis planis apice 3 - fidis. *Einsaamige Naj.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 331. *Ejusd.* Enum. p. 964. *Pers.* syn. pl. II. p. 551.)

N. marina Linn. sp. pl. 2. p. 1441. *Hoffm.* Germ. II. p. 258.

N. major De Vest M. b. p. 94. *Roth.* Germ. III. p. 499. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 125.

Ittnera Najas Gmel. Fl. bad. III. p. 590. t. 3.

Ann. ?. Flor. Augusto.

Hab.

Hab. in aquis stagnantibus. (Ad *lacum frickenhusianum* prope *Wechterswinkel* unicum specimen 6 ante annos legi.)

Caulis pedalis, dichotomus, divaricatus, articulatus, glaber. *Folia* 3 opposita et fasciculata, sessilia, duriuscula, linearia, sinuato-dentata, laete viridia, *apice* 3-fida *aut* 3-dentata, *siccata* fragilissima.

Flores capsulasque observandi, nulla mihi hucusque fuit occasio.

Diandria.

421. Salix, *Weide.*

Foliis nudis.

1) *S. monandra* foliis obovato-lanceolatis serratis glabris, stigmatibus brevissimis ovatis subsessilibus. *Einmaennige W. rothe W. Rosenweide, Bachweide, Sandweide.*

(*Hoffm.* Hist. Salic. p. 18 t. I. f. 1. 2. t. V. f. 1. t. XXIII. f. 1. *Ejusd.* Germ. II. p. 259. *Wib.* Werth. p. 83. *De Vest* Man. bot. p. 97.)

S. Helix L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 672. *Ejusd.* Enum. p. 1004. *Pers.* syn. pl. II. p. 600. *Smith.* Brit. III. p. 1040. *Spreng.* Hal. p. 272. *Roth.* Germ. III. p. 507. *Sturm.* D. Fl. I. 25.

S. purpurea L. sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Smith.* Brit. p. 1039.

Frutex. Flor. Aprili.

Hab. in humidis et ad ripas.

Frutex 4-5-pedalis, erectus: *cortice* glabro cinereo. *Rami* copiosi, alterni, stricti, tenacissimi, glabri, cinerei: *juniores* splendentes purpurei *vel* corallini.

ni. *Folia* petiolata, lineari-lanceolata, utrinque attenuata, a medio ad apicem serrata, glabra, *supra* laete- *subtus* glauco-viridia. *Stipulae* nullae. *Amenta mascula* alterna oppositaque, cylindracea, tenuia, tomentosa, horizontalia, *dein* reflexa. *Filamentum* 1 in singulo flore, pilosum, squama longius. *Amenta foemin.* masculis similia, sed breviora et gracilioria.

Variat nonnunquam *trunco* arboreo.

Folia exsiccata nigrescunt. *Ramuli exsiccati* angulosi et quasi striati evadunt. (*Roth.* Germ. l. c.)

2) *S. fissa* foliis integris oblongo-lanceolatis glabris acuminatis, staminibus fissis. *Gespaltene Weide.*

(*Hoffm.* Hist. Sal. p. 61. t. XIII. f. 1. 2. *Ejusd.* Germ. l. c. *Roth.* Germ III. p. 510. *De Vest* M. b. l. c. *Willd.* berl. Baumz. p. 337.)

S. rubra L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 674. *Ejusd.* Enum. p. 1005 *Pers.* syn. pl. l. c. *Smith.* Brit. p. 1042. *Gmel.* Bad. III. p. 729.

Frutex. Flor. Mart. Aprili.

Hab. ad ripas, in locis uliginosis. (In der *Altung* prope *Hirschfeld* et im *Wehr* prope *Abb. Heidenfeld* perraro.)

Foliis praecipue plerumque oblongo-linearibus integris, et *staminibus* 2, ante anthesin inter se cohaerentibus ab antecedente differt.

Folia juniora, ut in omnibus fere speciebus sequentibus, magis minusve pubescunt.

3) *S. triandra* foliis lineari-oblongis serratis glabris, germinibus pedicellatis. *Dreimaennige W. Mandelweide, Buschweide, Korbweide.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 654. *Ejusd.* Enum. p. 1002. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 331. *Pers.* syn. pl. p. 598.

 Hoffm.

Hoffm. Germ. l. c. *Ejusd.* Hist. Sal. p. 45. t. IX. f. 1. 2. t. X. f. 3. 4. *De Vest* M. b. p. 95. *Smith.* Brit. p. 1044. *Sturm.* D. Fl. I. 25.)

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. ad ripas, ad fossas et vias ubique.

Frutex 4-6-pedalis, interdum arborescens *cortice* glabro ex viridi flavicante *vel* cinereo obductus, ramosissimus: *ramis* alternis erectis flexilibus tenacibus flavescentibus *aut* ex cinereo *vel* fusco viridescentibus. *Folia* alterna, petiolata, lanceolata, acuta, nitentia, glabra, *supra* saturate viridia, *subtus* pallidiora, serrata: *serraturis* cartilagineis prominentibus *basi* glandulosis, *inferiora* majora, ovata. *Stipulae* nullae, interdum binae ad *basin* petioli auriformes crenulatae. *Amenta mascula* alterna, erecta, teretia, a basi versus apicem sese explicantia. *Filamenta* 3: *antheris* luteis. *Amenta foemin.* linearia, tenuissime villosa, viridescentia.

Staminibus semper 3 a reliquis speciebus praecipue distinquitur.

Variationes: *staminibus* 2 et 4 nunquam observavi.

Occurrit *amentis* inferne androgynis, superne masculis. (Vid. *Hopp.* bot. Zeit. 1802. n. 14. p. 219. *Sal. androgyna Roth.* Germ. III. p. 523.)

4) *S. fragilis* foliis serratis glabris lanceolatis petiolatis concoloribus: inferioribus minoribus obovatis reflexis. *Bruchweide, Glasweide.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 669. *Ejusd.* Enum. p. 1004. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 335. *Pers.* syn. pl. p. 600. *Smith.* Brit. p. 1051. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 126. *Sturm.* D. Fl. l. c.)

S. decipiens Hoffm. Hist. Sal. Vol. II. p. 9. t. XXXI. *Ejusd.* Germ. p. 260. *De Vest* M. b. p. 96.

Frut.

Frut. aut arbor. Flor. April. Majo.

Hab. ad ripas et in humidis in regionibus frigidioribus raro.

Frutex fortis aut *arbor: cortice* rimoso cinereo et *ramis* copiosis sparsis erecto-patentibus valde fragilibus subcinereis, *junioribus* rufo-fuscis. *Folia* alterna, petiolata, lanceolata, acuminata, callose serrata, utrinque glabra et laete viridia. *Amenta masculina* cylindrica, obtusa, *primo* erecta, *dein* horizontalia: *floribus* 2-andris. *Antherae* parvae, luteae. *Ament. foemin.* masculis paulo longiora et copiosiora, subhirsuta. *Germina* conica, glabra, subsessilia.

Foliis pubescentibus.

5) *S. caprea* foliis ovatis rugosis subtus tomentosis undatis superne denticulatis. *Geis-Weide, Palmweide, Sohlweide.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 703. *Ejusd.* Enum. p. 1007. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 344. *Pers.* syn. pl. p. 603. *Hoffm.* Germ. p. 263. *Ejusd.* Hist. Sal. p. 25. t. III. f. 1. 2. t. V. f. 4. t. XXI. f. 1. a. b. c. d. *De Vest* M. bot. p. 100. *Smith.* Brit. p. 1067.)

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. in nemoribus ubique.

Frutex aut *arbor* mediocris: *cortice* cinereo subtiliter rimoso. *Rami* copiosissimi, alterni, *cortice* glabro e cinereo viridi *vel* flavescente: *superiores* praelongi, *juniores* villosi. *Folia* alterna, petiolata, magna, erecta, ovata s. ovato-oblonga, undulata, crenato-dentata, *supra* saturate viridia glabriuscula *aut* pubescentia, *subtus* villoso-tomentosa glauco-incana venoso-reticulata. *Stipulae* in ramis junioribus, ad petiolorum

sin, subrotundae, crenulatae, *subtus* incanae, villosae. *Amenta* alterna, erecta, pedunculo villoso insidentia, ovato-oblonga *aut* cylindrica, crassa: *squamis* imbricatis oblongis villosis nigricantibus. *Filamenta* 2 distincta, squama duplo longiora: *antheris* luteis. *Germen* pedicellatum, lanceolatum, pubescens.

Variat *statura* majori et minori, *foliis* minoribus majoribusque, subrotundis, ovato-lanceolatis et integerrimis.

6) *S. acuminata* foliis ovato-oblongis acutis apice obtuse dentatis subtus tomentosis rugosis, stipulis rotundatis. *Spitzblaettrige W. Werftweide.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 704. *Ejusd.* Enum. p. 1008. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 346. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 264. *Ejusd.* Hist. Sal. p. 39. t. VI. f. 1. 2. t XXII. f. 2. *De Vest* M. b. l. c. *Smith.* Brit. p. 1068.)

Frutex. Flor. Mart. Aprili.

Hab. in sylvis, praecipue montosis et etiam in pratis.

A praecedente differt: *statura* humiliore, *ramis* diffusis: *junioribus* lanuginosis maculatis, *foliis* minoribus et angustioribus magis acuminatis a medio ad apicem dentato-serrulatis laevissime rugosis, *stipulis* subreniformi-cordatis falcatis, *amentis* plerumque longioribus crassioribusque, *germine* longius pedicellato conico albide sericeo et *stylo* multo breviore.

7) *S. aurita* foliis obovatis rugosis subtus subvillosis, stipulis dimidiato-cordatis. *Geoehrte W. Salbei-Weide.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 700. *Ejusd.* Enum. l. c. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 340. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ.

Germ. l. c. *Eiusd.* Hist. Sal. p. 30. t. IV. f. 1. 2. t. V. f. 3. *De Vest* M. b. p. 98. *Smith.* Brit. p. 1064. *Wib.* Werth. p. 85.)

S. cinerea *De Vest* M. b. p. 101. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 414.

S. aquatica L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 701. *Pers.* syn. pl. l. c. *Smith.* Brit. p. 1065. *Gmel.* Bad. III. p. 741.

Frutex. Flor. Martio-Majo.

Hab. in sylvis depressis ubique.

Frutex humilis, 4-6-pedalis, angustus, (aut *arbuscula* 10-pedalis) *cortice* cinereo glabro, a basi ramosissimus: *ramis* diffusis tenacibus glabris, *inferioribus* longissimis, *superioribus* brevioribus, *novellis* fuscis *aut* fusco-rubellis foliosis plerumque tomentosis. *Folia* alterna, breviter petiolata, subrotunda *vel* obovata, *apice* obtusa *vel* brevissime acuminata, inflexa, integerrima, saepe undulato-crenata, *supra* saturate viridia subpubescentia, *subtus* pallidiora villoso-tomentosa. *Stipulae* persistentes, reniformes, repando-dentatae, *subtus* tomentosae. *Amenta masculina* alterna, breviter pedunculata, ovata, obtusa: *squamis* imbricatis villosis *apice* nigricantibus. *Filamenta* 2, primo basi connata: *antheris* parvis flavis. *Amenta foemin.* ovata s. magis cylindrica, obtusa, subvillosa, *primo* albida nitentia, *dein* ex cinereo pallide viridia. *Germina* cylindrica, pedunculata: *stigmate* 4-lobo. *Nectarium* in utroque flore unicum, breve, cylindricum, flavescens.

Sal. aquatica diversa aetate et diverso loco natali mutata variatio *Salicis auritae*, uti ex diuturnis et repetitis observationibus me convictum credo, esse videtur.

8) *S. depressa* foliis integerrimis ovato-oblongis supra glabris subtus argenteo-sericeis, caule depresso. *Niederliegende W. Kriechweide, Sumpfweide.*

(*Hoffm.* Germ. p. 265. *Ejusd.* Hist. Sal. p. 63. t. XV. f. 1. 2. t. XVI. f. 3. 4. *Roth.* Germ. III. p. 516. *Willd.* berl. Baumz. p. 342. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 411.)

S. repens L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 693. *Ejusd.* Enum. p. 1006. *Pers.* syn. pl. p. 602. *De Vest* M. b. p. 99. *Smith.* Brit. p. 1061.

Fruticulus. Flor. Majo.

Hab. in uliginosis umbrosis. (In uliginosis et humidis sylvaticis prope *Grossenlangheim* e. gr. in der *Fundgrube*, alibique specimina plura collegit *dil. fr. A. H.*)

Fruticulus omnino depressus, repens: *radice* crassiuscula rugosa nodosa nigricante late repente, *ramis* sparsis teretibus fuscis brevibus tenacibus glabris *partim* procumbentibus *partim* erectiusculis: *junioribus* gemmis undique obsessis tenuissime pubescentibus. *Folia* alterna, brevissime petiolata, elliptico-lanceolata, integerrima, subrevoluta, mucronulata, *supra* saturate viridia glabra, *subtus* sericea nitentia. *Stipulae* exiguae, maxime deciduae. *Amenta* numerosa, sparsa, breviter pedunculata; *masculina* subrotundo-ovata obtusa: *squamis* imbricatis subrotundis villosis rubicundis *demum* nigricantibus; *foeminea* magis oblonga. *Germen* pedicellatum, ovatum, sericeum. *Stigmata* 2 simplicia, obtusa.

9) *S. vitellina* foliis serratis lanceolatis acutis: serraturis cartilagineis. *Goldgelbe W. Goldweide, Dotterweide, Bandw. Bindw.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 668. *Ejusd.* Enum. p. 1004. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 334. *Pers.* syn. pl. p. 600. *Hoffm.* Germ. p. 266. *Ejusd.* Hist. Sal. p. 57. t. XI. f. 1. t. XII. f. 2. 3. t. XXIV. f. 1. *De Vest* M. b. p. 96. *Smith.* Brit. p. 1050.)

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. copiose ad ripas et fossas.

Frutex fortissimus aut *arbor* mediocris: *ramis* copiosis erectis tenacissimis *cortice* amoene luteo vitellino obductis. *Folia* alterna, breviter petiolata, varie longa, ovato-*aut* elliptico-lanceolata, plus minusve acuminata, serrata: *serraturis* crebris parvis cartilagineis, *supra* glabra nitida, *subtus* caesio-glauca; *superiora* subtus subsericea, *juniora* utrinque sericea. *Stipulae* nullae. *Amenta* cylindrica, acuta, pedunculata: *squamis* ovato-lanceolatis *extus* pubescentibus. *Stamina* 2 distincta, *primo* basi connata. *Germen* sessile, lanceolatum, pallide luteum, glabrum.

10) *S. alba* foliis lanceolato-acuminatis serratis subpubescentibus, serraturis infimis cartilagineis. *Weisse W. gemeine W. Kopfweide, Baumweide.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 710. *Ejusd.* Enum. p. 1009. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 350. *Pers.* syn. pl. p. 604. *Hoffm.* Germ. l. c. *Ejusd.* Hist. Sal. p. 41. t. VII. VIII. XXIV. f. 3. *De Vest* M. b. p. 101. *Smith.* Brit. p. 1071. *Herb. Bl.* t. 327. *Sturm.* D. Flor. I. 25.)

Arbor. Flor. Mart. Aprili.

Hab. ad vias, ad ripas et pagos ubique.

Arbor procera, *cortice* cinereo rimoso tecta, ramosissima: *ramis* alternis patenti-erectis e fusco virentibus, *superioribus* saepe fusco-purpurascentibus, in *mascula arbore* diffusi breviores et magis fragiles, in *foe-*

foeminea strictissimi tenaces. *Folia* alterna, brevius petiolata, lanceolata, acuminata, *supra* nitida pubescentia, *subtus* sericea albida, *juniora* omnino argentea. *Serraturae* in *foliis* praecipue *inferioribus* regulares, acutae, breves: *inferiores* remotiores glandulosae fuscae. *Stipulae* nullae *aut* minimae maxime deciduae. *Amenta* sparsa, pedunculata, cylindrica, elongata, tenuia: *squamis* ovato-lanceolatis acutis viridibus *aut* fuscis pubescentibus. *Nectaria* in flore masculo 2, inaequali longa. *Stamina* 2 erecta, *basi* connata villosa. *Nectarium* in flor. foemin. 1 ad basin squamulae sessile. *Germen* sessile, basi ventricosum, virens, glabrum: *stylo* brevissimo apice 2-fido, *Stigmata* 4 obtusa, pallide viridi-lutescentia.

11) S. *viminalis* foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus argenteo-sericeis, ramis virgatis. *Korbweide, weisse Fischerw. Grundw. Hanfw. Seilw. Uferweide.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 706. *Ejusd.* Enum. p. 1018. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 348. *Pers.* syn. pl. p. 603. *Hoffm.* Germ. l. c. *Ejusd.* Hist. Sal. p. 22. t. II. f. 1. 2. t. V. f. 2. t. XXI. f. 2. *De Vest* M. b. p. 100, *Smith.* Brit. p. 1070. *Sturm.* D. Fl. l. c.)

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. ad ripas fluviorum, ad fossas, in pratis et in sylvis humidioribus ubique.

Frutex altissimus, nonnunquam arborescens, citissime crescens, *cortice* cinereo glabro hinc inde rimoso tectus, *junior* junceus. *Rami* longissimi, erecti, viminei, tenaces, glabri, e viridi lutescentes. *Folia* alterna, breviter petiolata, approximata, erecta, lineari-lanceolata, acuminata, fere integerrima, *margine* undulata, *supra* saturate viridia glabra, *subtus* argen-

teo-

teo-sericea splendentia: *juniora* margine revoluta utrinque villosa. *Stipulae* in *ramulis annuis* lineari-lanceolatae, acutae, integrae, in *annosioribus ramis* nullae. *Amenta* alterna, pedunculata, erecta, cylindrica: *squamis* subrotundis obtusis valde pilosis. *Stamina* 2, basi coalita et glabra. *Nectarium* in utroque flore unicum viridescens. *Germen* sessile, ovato-lanceolatum, subviride, sericeum: *stylo* elongato, *stigmate* 2-fido.

12) *S. mollissima* foliis lineari-lanceolatis tomentosis mollissimis subtus cinereis. *Weichblaettrige W. Sammtweide, grüne Fischerweide.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 707. *Ejusd.* Enum. l. c. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 349. *Pers.* syn. pl. p. 604. *Hoffm.* Germ. p. 265. *Ehrh.* Beitr. VI. p. 101. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 128.)

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. in humidis umbrosis. (In salicetis am *Wehr* prope *Abb. Heidenfeld* cum *dil. fratre A. H.* fruticem pulcherrimum observavi.)

Ab antecedente affini differt: *statura* minori, *ramis* tenuioribus: *junioribus* mollissime pubescentibus, *foliis* utrinque viridibus brevioribus, *supra* pilis raris adpressis praeditis, *subtus* mollissime pilosis et *pilis squamarum* longitudine stylorum.

Triandria.

422. EMPETRUM, *Rauschbeere, Affenbeere.*

1) *E. nigrum* procumbens foliis oblongis obtusis confertis. *Schwarze Rauschb. Kraehenbeere, Trinkelbeere, Beerheide.*

(L.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 713. *Ejusd.* Enum. p. 1009. *Pers.* syn. pl. II. p. 605. *Hoffm.* Germ. II. p. 267. *De Vest* M. b. p. 101. *Schkuhr.* b. H. t. 318.)

Fruticulus Flor. Aprili-Junio.

Hab. in uliginosis turfosis. (In variis locis uliginosis turfosis *Rhoenae* copiose, e. gr. *im schwarzen* et *braunen Moor*, alibique.)

Fruticulus palmaris *aut* pedalis, diffusus, depressus, ramosissimus, nitidus: *ramis* alternis confertis teretibus filiformibus *foliorum amissorum cicatricibus* scabris. *Folia* numerosa, conferta, fere imbricata, brevissime petiolata, exigua, oblonga, obtusa, margine reflexa, integra, dura, glabra, nitida, fusco-*vel* saturate viridia. *Flores* dioici, axillares, sessiles, solitarii. *Petala* plerumque 3, elliptica, purpurea. *Filamenta* 3, saepe etiam 5-9, longa, tenuissima, dilute purpurascentia. *Antherae* primo atro-purpureae, *dein* nigricantes. *Baccae* globosae, depressae, 9-spermae, *immaturae* e viridi fuscae, *maturae* atrae, nitidae, succulentae, *baccae juniperinae* magnitudine.

Tetrandria.

423. VISCUM, *Mistel.*

1) *V. album* foliis lanceolatis obtusis terminalibus, caule dichotomo. *Weisser Mistel, Eichenmistel, Vogelleimbeere, Kleister.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 737. *Pers.* syn. pl. II. p. 613. *Hoffm.* Germ. II. p. 267. *De Vest* Man. b. p. 103. *Schkuhr.* b. H. t. 320. *Sturm.* D. Fl. I. 8. *Herb. Bl.* t. 184.)

Fruticulus. Flor. Februario-Aprili.

Hab.

Hab. in variis arboribus, praecipue in Pyro malo, P. communi, Pino sylvestri et in Quercubus parasitice.

Fruticulus pedalis et major, erectus, sempervirens teres, laevis, statim a basi ramosus, dichotomus. *Folia* in apice ramorum terminalia, opposita, sessilia, lingulata, integerrima, subcoriacea, crassiuscula, laete viridia *vel* ex luteo virescentia. *Flores* parvi, luteo-virescentes, in *capitula* terminalia et axillaria sessilia pauciflora digesti. *Baccae* globosae, nitidae, albae, subdiaphanae, 1-spermae, massa tenacissima glutinosa repletae.

Pentandria.

424. Spinacia, *Spinat, Spinetsch.*

1) *Sp. spinosa* foliis sagittatis, seminibus spinosis. *Stachelsaamiger Spin. Winterspinat.*

(*Moench.* Meth. p. 318. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 417. *Gmel* Bad. III. p. 754. *Mill.* Dict. n. 1.)

Sp. oleracea L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 766. *Ejusd.* Enum. p. 1014. *Pers.* syn. pl. II. p. 617.

Bienn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in hortis culta. Seminibus dissipatis hinc inde quasi sponte crescit.

Caulis 2-3-pedalis, erectus, teres, sulcatus, fistulosus, simplex, glaberrimus. *Folia* longe petiolata, sagittata, integerrima, glabra, laete viridia. *Flores* axillares, sessiles, ex viridi dilute flavescentes. *Semen* 1 calyce indurato spinoso tectum.

2) *Sp. inermis* foliis oblongo-ovatis, seminibus inermibus. *Glattsaamiger Sp. Sommerspinat, hollaendischer Spinat.*

(*Moench.* Meth. l. c. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. p. 418. *Gmel.* Bad. l. c. *Mill.* Dict. n. 2. *Sp. glabra.*)

Sp.

Sp. olerac. β. L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 767. *Pers.* syn. pl. l. c.

Bienn. Flor. Maj. Junio.

Hab. et colitur promiscue cum priore.

Foliorum *figura* atque *seminibus* inermibus a praecedente facile distinquitur.

Variat *foliis* lato-ovatis crassiusculis subcarnosis.

Haec et antecedens e seminibus cultae mutatae non sunt.

425. Cannabis, *Hanf.*

1) *C. sativa* foliis petiolatis digitatis. *Gemeiner Hanf, Galgenkraut.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 768. *Ejusd.* Enum. p. 1014. *Pers.* syn. pl. II. p. 618. *Hoffm.* Germ. II. p. 268. *De Vest* M. b. p. 103. *Schkuhr.* b. H. t. 325. *Herb. Bl.* t. 322.)

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad vias, inter segetes. (In agris praeterea copiose colitur.)

Caulis 2-4-pedalis et altior, erectus, strictus, ramosus, angulosus, hirtus. *Folia* opposita, longe petiolata, digitata: *foliolis* lanceolatis acuminatis utrinque attenuatis serratis hirtis nervosis, *intermedio* longissimo, *lateralibus* sensim decrescentibus. *Flores* in *planta mascula* in racemum terminalem praelongum dispositi, in *foeminea* axillares solitarii.

Planta mascula gracilior, humilior et pallidior, *foeminea* vero major, robustior et saturatius viridis. Illa *Femmel* nostratibus audit.

426. Humulus, *Hopfen.*

1) *H. Lupulus* foliis lobatis serratis scabris, caule volubili. *Gemeiner Hopf. wilder H. Bierhopfen.*

(L.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 769. *Ejusd.* Enum. p. 1014. *Pers.* syn. pl. II. p. 618. *Hoffm.* Germ. II. p. 269. *De Vest* M. bot. p. 103. *Schkuhr.* b. H. t. 326. *Knorr.* thes. II. t. L. 5. (*foem.*) *Herb. Bl.* t. 536. (a. *mas.* b. *foem.*)

Lupulus communis Moench. Meth. p. 332.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in dumetis et ad sepes ubique.

Caules longissimi, volubiles, ad frutices, sepes et arbores adscendentes, ramosissimi, angulosi, striati, spinuloso-asperi. *Folia* opposita, petiolata, cordata, serrata, scabra, 2-3 *aut* 5-loba, saepe etiam indivisa, *supra* obscure viridia, *subtus* pallida. *Stipulae* oppositae, cordatae, glabrae, integrae. *Flores masculi* axillares et terminales, paniculati, luteo-albidi, cernui. *Amenta foeminea* solitaria, ovata, imbricata, squamosa, pendula, pallide viridia, amara, aromatica, demum scariosa: *squamis* 4 *infimis* semper sterilibus.

Octandria.

427. Populus, *Pappelbaum.*

1) **P.** *alba* foliis subrotundis angulato-dentatis supra nudis nitidis subtus niveo-tomentosis, amentis ovatis. *Weisse P. Silberpappel, Schneepappel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 802. *Ejusd.* Enum. p. 1016. *Pers.* syn. pl. II p. 623 *Hoffm.* Germ. II. p. 270. *De Vest* M. b. p. 105. *Spreng.* Hal. p. 274. *Schw.* et *Koert.* Erl. p. 131.)

P. *nivea Willd.* berl. Baumz. p. 227.

Arbor. Flor. Mart. Aprili ante folia enata.

Hab. in hortis, ad pagos et vias hinc inde.

Arbor varie alta, *cortice* laeviusculo: *ramis* alternis fere horizontalibus flavescentibus glabris, *ramulis* dense albo-tomentosis. *Folia* alterna, petiolata, corda-

dato-subrotunda, lobata, angulata, dentata, venosa, *supra* atro viridia glabra nitida, *subtus* tomento niveo plus minusve denso vestita. *Petioli* lanati, foliis 3-plo fere breviores, *basi* eglandulosi. *Amenta* ovata, obtusa, densa: *squamis* nitidis subpilosis lutescentibus.

Variat *foliis* majoribus et minoribus.

2) *P. tremula* foliis subrotundis dentato-angulatis utrinque glabris, petiolis compressis, ramulis hirtis. *Zitter-Pappel, Espe, Zitterespe, Aspe.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 803. *Ejusd.* Enum. l. c. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 228. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Herb. Bl.* t. 248. *Kern.* t. 27.)

Arbor. Flor. Februar. Martio.

Hab. ubique in sylvis, in nemoribus, in locis rupestribus et ad pagos.

Frutex aut *arbor* excelsa *cortice* cinereo laevi obducta. *Rami* et *ramuli* glabri, e bruneo cinerei. *Folia* alterna, petiolata, fere orbiculata, acutiuscula, sinuato-dentata, duriuscula, laete viridia, *utrinque* glabra, *subtus* reticulato-venosa. *Petioli* glabri, compressi, basi *glandulis* 2 rubellis praediti, filiformes, longi, hinc *folia* quovis venti motu *tremula*. *Amenta* ovato-cylindrica, hirsuta: *squamis* fuscis.

3) *P. nigra* foliis deltoideis acuminatis serratis glabris, petiolis subhirsutis, ramis patulis. *Schwarzer Pappelb. schwarze Espe, Wasserpappel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 804. *Ejusd.* Enum. p. 1017. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 229. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c. *Kern.* t. 28. *Herb. Bl.* t. 248. 1.)

Arbor. Flor. Februario-Aprili.

Hab. ad ambulacra, ad ripas et in sylvis humidis passim.

Ar-

Arbor variae magnitudinis, saepe excelsa: *ramis* alternis teretibus glaberrimis flavescentibus. *Folia* alterna, glaberrima, splendentia, subcoriacea, dura, saturate viridia deltoidea, plus minusve acuminata, serrata, *basi* integerrima: *petiolis* longis rubellis eglandulosis. *Amenta* pedunculata, cylindracea: *squamis* glabris.

4) *P. pyramidalis* foliis cordato-rhomboideis serratis utrinque glabris, trunco e basi ramoso: ramis rectis subverticillatis. *Pyramidensoermiger Pappelb. Pyramidenp. lombardische P. italiaenische, carolinische Pappel.*

(*Moench.* Meth. p. 339. *G. M. Sch.* Fl. d. Wett. III. p. 428. *Gmel.* Bad. III. p. 792. *Seutt.* Forstw. p. 3 9.)

P. dilatata L. sp. pl. ed *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum l. c. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 229.

P. fastigiata Pers. syn. pl. l. c.

Arbor. Flor. Aprili.

Hab. in Italia. (Plantatur in hortis, ad ambulacra et vias.)

Arbor pulcherrima, praealta, recta, citissime crescens, statim a *basi* ramosus: *ramis* coarctatis in formam *Pyramidae* congestis. *Folia* alterna, cordato-rhomboidea, acuminata, serrata, glabra: *diametro transversali* praelongo. *Petioli* longi, camplanati.

Enneandria.

428. MERCURIALIS, *Bingelkraut.*

1) *M. annua* caule brachiato, foliis glabris, radice fibrosa annua. *Einjaehriges Bingelkr. Speckmelde.*

(L. sp. pl. ed *Willd.* IV. p. 810. *Ejusd.* Enum. p. 1018. *Pers.* syn. pl. II. p. 625. *Hoffm.* Germ. II. p. 271. *De Vest* M. b. p. 106. *Herb. Bl.* t. 162. *Schkuhr.* b. H. t. 332. *Sturm.* D. Fl. I. 29.)

Ann.

Ann. Flor. Julio - Octobri.

Hab. in cultis ubique abunde.

Planta laete viridis, glaberrima, nitida, foetidiuscula. *Caulis* digitalis, palmaris et major, erectus, geniculatus, nodosus, angulatus, ramosissimus: *ramis* oppositis brachiatis *superne* foliosis. *Folia* opposita, petiolata, ovata, acuta s. obtusiuscula, obtuse serrata, nervosa. *Flores masculi* dense spicati, e viridi flavescentes, conglomerati: *foeminei* axillares, sessiles, solitarii *aut* bini. *Capsulae* muricatae.

Herba nauseosa, amariuscula, suspecta.

2) *M. perennis* caule simplicissimo, foliis scabris, radice repente perenni. *Ausdauerndes Bingelkr. Ruhrkraut, Hundskohl, Kuhkohl.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 809. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* M. b. l. c.) *M. cynocrampe Scopol.* Carniol. II. p. 266.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvis rarius.

Radix valde repens *fibris* multis aucta. *Caulis* palmaris, pedalis, interdum altior, erectus, teres, simplex, sulcatus, *inferne* nudus pubescens, *superne* densius foliosus. *Folia* opposita, petiolata, ovato - oblonga, acuta, serrata, scabra, obscure viridia. *Flores* viridescentes, axillares, pedunculati, spicati. *Capsulae* piloso-scabrae.

Planta narcotica, virosa.

429. HYDROCHARIS, *Froschbiss.*

1) *H. morsus ranae* foliis orbiculato-reniformibus natantibus. *Gemeiner Froschb. kleine Wassernymphe.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 812. *Ejusd.* Enum. p. 1018. *Pers.* syn. pl. II. p. 625. *Hoffm.* Germ. II. p. 271. *De Vest* M. b. p. 106. *Schkuhr.* b. H. t. 333.)

Pe-

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad ripas, in fossis. (Ad *Moeni* et *Salae* ripas prope *Gemunden, Graefendorf*, versus *Lohr, Schwanderfeld* etc. In lacubus *fossae oppidanae* passim. Copiose in fossis et ad lacus circa *Abb. Heidenfeld.* Etiam ad *Moeni* ripam versus *Heidingsfeld* ante aliquot annos plura vidi specimina.)

Caules longi, filiformes, teretes, geniculati, glabri, sub aqua repentes. *Folia* congesta, longe petiolata, orbiculari-reniformia, integerrima, glabra, nitida, subcoriacea, *supra* atro-viridia, *subtus* rubella *aut* fusca, in aquae superficie natantia. *Pedunculi* e foliorum fasciculis solitarii, bracteati, in *mare* 1-2-4-flori, in *foemina* constanter 1-flori. *Petala* 3, majuscula, subundulata, nivea: *unque* luteo.

Monadelphia.

430. Juniperus, *Wachholder.*

1) *I. communis* foliis ternis patentibus mucronato-spinosis. *Gemeiner Wachh. Krametsbeerstrauch, Kranzbeere, Feldzypresse.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 853. *Ejusd.* Enum. p. 1023. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 158. *Pers.* syn. pl. II. p. 632. *Hoffm.* Germ. II. p. 272. *De Vest* M. b. p. 102. *Schkuhr.* b. H. t. 338. *Herb. Bl.* t. 187. *Knorr.* thes. I. t. W. 8.)

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvaticis siccis arenosis abunde.

Frutex humilis, 2-3-5-pedalis, ramosissimus, rigidus, glaber, sempervirens. *Folia* terna opposita, sessilia, persistentia, lineari-subulata, integerrima, pungentia, rigida, canaliculata, glauco-viridia. *Amenta mascula* exigua, ovata, flava, axillaria, sessilia: *foeminea* minora, luteo-viridia. *Baccae* globosae, pul-

posae, aromaticae, *primo* virides cum rore glauco, *demum* coeruleo-nigrae, *altero anno* maturescentes.

431. Taxus, *Taxbaum*, *Eibenbaum.*

1) *T. baccata* foliis linearibus distichis planis approximatis. *Beerentragender Taxb. Eibe, Bogenbaum.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 856. *Ejusd.* Enum. p. 1024. *Ejusd.* berl. Baumz. p. 382. *Pers.* syn. pl. II. p. 632. *Hoffm.* Germ. II. p. 273. *De Vest* Man. b. p. 107. *Schkuhr.* b. H. t. 339. *Herb. Bl.* t. 572.)

Frutex. Flor. Martio Majo.

Hab. in hortis et passim ad eorum sepes.

Frutex (nonnunquam *arbor mediocris*) erectus, *cortice* laevi deciduo vestitus: *ramis* alternis horizontalibus. *Folia* sparsa, copiosa, approximata, subsessilia, linearia, plana, mucronulata, integerrima, nitida, glabra, coriacea, saturate viridia, sempervirentia. *Flores* axillares, sparsi, breviter pedunculati. *Stamina* receptaculo communi columnari affixa: *antheris* depressis 8-fidis, *defloratis* peltatis planis. *Baccae* globosae, pulcherrime rubrae, succulentae, glutinosae, magnitudine pisi, *superne* appertae.

Folia vires narcoticas exercent. *Baccae* fatuae dulcescentes absque omni detrimento comeduntur.

Index

Generum, Specierum et Synonymorum.

A.

29 * An-

B.

Bar-

Car-

Chry-

D.

D.

E.

F.

G.

I.

L.

Me-

N.

O.

Ono-

P.

Pinus

Q.

R.

Rhi-

T.

U.

V.

W.

X.

Z.

Register

der

deutschen Pflanzen-Benennungen.

A.

B.

B.

Braun-

Erd-

G.

G.

H.

I.

K.

Kalbs-

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

Rüben-

Stein-

T.

U.

V.

Vo-

W.

Wie-

Z.